IOSEPHI
STEVANI
VALENTINI.

DE ADORATIONE PEDVM ROMANI PONTIFICIS

AD

S. D. N. GREGORIVM XIII. P. O. M.

Adiecta præterea eiuſdem authoris diſputatio de Coronatione, & Eleuatione Rom. Pont.

VENETIIS, Apud Franciſcum Zilettum.
M D LXXVIII.

S· D· N· GREGORIO DECIMOTERTIO P. O. M.

ROmanæ eccleſiæ dignitas, tãta eſt, B.P. tantus ſplendor atque amplitudo, vt facile ꝓbos viros, q̃ hanc ipſam, animi quadam pietate ſuſpiciunt, totos ad ſe cõuertere, & rapere, diſcordes, atque fidei deſertores, ad verum Dei cultum reuocare poſſit. Quod non ſolum in ipſis eccleſiæ incunabulis, vbi fidei perduelles hæretici, a Petro victi ſubactique ſunt; ſed etiam poſterioribus ſeculis, magna cum laude, & eccleſiæ

Romanæ commendatione, contigit. Nam præter bella in eccleſiam Dei exorta, quæ Romani Pontifices radicitus ſuſtulerunt, omnia etiam pericula, diſcordias, hæreſes, conſpirationes, propulſarunt; ut nulla poſt deinde eorum ſcintilla remaneret. Sed tẽporum longinquitas facile hominum obſcuraſset memoriam, niſi tua virtus penè diuina, B.P. & admirabilis ſapientia, iſtuc idem magna totius populi acclamatione reuocaſſet. Nullus eſt qui non cernat ſummam operam, quam in dirimendis eccleſiæ, & religionis controuerſiis, impendis. Cum ex abditiſſimis locis, vbi omnia hæreſis populatur, adoleſcẽtulos Romam deducendos, eoſque publico ſumptu alendos curas, ne illud uenenum obbibant, quo iam pridem infœlix Græcia, nunc tandem calamitoſa Germania contabuit. Præterea in tantis doctiſſimorũ hominũ cętibus, quid aliud moliris, quid cogitas? quam vt hoſtes

cer-

ceruicibus eccleſiæ incubantes, armis repellas, aut exemplo, atque doctrina aberrantes impoſtores in Chriſti ſacratiſſimum ouile agas? quod profecto es magna cum laude conſecutus. Nam tempore Iubilei, ubi maxime pietas viguit, quam plures hęreticos, qui irridendi, & calumniandi cauſſa Romæ uerſabantur, tui exemplo permotos, ad optimam mentem traduxiſti. Omitto alia, quæ eo tempore maximam admirabilitatem faciebant. Populi acclamatio, cõſociatio bonorum omniũ, charitas, religio, eleemoſyna, qua multis fere diebus, decem millia hoſpitum alebantur. At uero tua pietas, quia omnes populos tuis pedibus circũfuſos excipiebas, maiorem profecto in animis hominum beneuolentiam conciliabat. Hinc populi in tuorum pedum oſcula ruębant, alii ſummis clamoribus benedictionem poſtulabant, omnes diuturnam tibi fœlicitatem deprecabantur, vt in

tanto populi conſenſu, nihil aliud quàm applaudentium voces exciperes. Quare incidit mihi tunc hæc cogitatio, ut de pedum oſculis, de ſatellitio, populi acclamatione, & tandem de Romani Pōtificis coronatione, aliquid agerem, ut rem ſatis per ſe notam, & totius Reipublicæ Chriſtianæ arbitratu commendatam, ab hæreticorum voculis defenderē. Aggredior diligenter, diu multum agito, cōficio. Quæ dum ſtudii cauſſa domi præmo, neſcio quo caſu, hæc diſputatio, amicorum hortatu, è manibus elapſa eſt, vt vix eam retinere potuerim. Quare collegi ipſe me, & vt mihi officioque multorum ſatisfacerem, tantillum opuſculum, ſtudiorum, (vt Tertulliani verbis vtar) indicaturā edidi. Quod tibi B. P. ut merito pedum oſcula deferūtur, iure etiam tuo numini, maieſtatique conſecrari debuit. Ad quod ſi tuus animus acceſſerit, maiorum ſtudiorum meorum ſpem concipiam, vt

alia

alia plura, quæ iam vrgeo, diuulgentur. Vale diu fęlix Pontificum optime. Romæ, Nonis Octobris. 1577.

T. S.

a pedibus.

Ioſephus Steuanus Valentinus.

LECTORI.

NOn ceſſant poſt tot bella, quibus aperto Marte eccleſiam Dei oppugnarũt fœdifragi hæretici, etiam modò ex inſidijs agere: vt ſaltem in nos, fractam atque debilitatam vim, tot nouandarum rerum ſtudio, contudiſſe videantur. Clamant, conuitiantur, non iam religione ipſi per ſe, cum nihil in eam euomendum reſtet, ſed viris: & quam quiſque culpam commiſit, religioni imponũt. Hic alii oculatiſſimè omnia noſtrorum ſacerdotum uitia explorant, aliis deferũt, malitiosè expendunt; quod ſi deſint, confingunt vt iis artibus, oſcitantes homines, quos libido, vel turpitudo exagitat, grauiſſima ruina opprimant. Pati non poſſunt hunc externum ſacerdotum ornatum, hunc ſplendorem, hunc cultũ; exagitant obedientiam, reuerentiam, oſcula, & etiam alia ſimilia deteſtantur, ex quibus illi

mille in nos aſſuunt mendacia. Quæ cum primum in animos puerorũ inſpuunt, haud profectò inferiores illo immaniſſimo Iuliano euaſerunt, qui pueros ea tabella inſtituendos, imbuẽdoſque curabat, quæ Chriſtũ multis calumniis exagitaret, multis proſcinderet. Præterea, inter pocula, ubi nihil non ludicrum agendum eſt, ſerias, & graues religionis controuerſias ſuſcipiunt, & cum vino paululum incaleſcunt, tunc demum inter orgia ſacra componunt, clamoribus, & conuitiis in ſacros agunt ſacerdotes, debacchantur in diuos, & Chriſto (horrendum dictu) turpiſsimas notas inurunt. Ob quas res, Choreas ſæpe inducunt, & ſua carmina ſaliaria, poeanas, & Olympicas odas cõcinũt; ut quaſi mente delapſi, dæmonis triumphum agere uideantur. Quæ flagitia non ſolum in eis regionibus, ubi id licet quod libitum, committũt, ſed etiam dum in Italiam iter habent, apud ſtabularios cibo, & uino diſtenti, Pontificem Roma. uerbis turpiſſimis uiolant. Quare cum uidiſſem res has externas, hæreticis impudentiſſimis ſtomachum facere, omnes enim nullis certis rationibus Romani Pontificis ſplendorem deteſtantur, conatus ſum, qua potui diligentia, ex diuturna Patrum, & hiſtoricorum lectione, hunc Pontificum cultum, atque amplitudinem defendere. In qua re illud ſequutus ſum

tem-

temperamentum, ut cum Patrum ſententias referrem, eadem fere uerba, qua potui breuitate, recitarem. Ut nullam calumniandi anſam hæreticis præberem. Quæ res, orationis ſeriem maxime perturbauit, cum debeam rapſodias, ut illi aiunt, atque etiam externas uoces nonnunquam aucupari. Malui tamen centones colligere, quam ſententiis patrum derogare. Quæ ex leui uerborum mutatione facile corrumpi poſſunt. Hæc uolui te non latere. Vale.

INDEX

INDEX LIBRORVM, quorum opera, vel ad aliquid euertendum, vel confirmandum uſus eſt auctor.

ARiſtoteles
Atheneus
Abdias Babylonicus.
Anacleti decreta
Aquilæ interpretatio
A. Gelius.
Ammianus Marcellin⁹.
Arnobius.
Ambroſius.
Auguſtinus
AngelomiusMonachus.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Aimoinius Hiſtoricus
Addo Viennenſis Hiſtoricus.
Anſelmus epiſcopus Lucenſis
Anſelmus Cantuarienſis.
Abbas Vrſpurgenſis Hiſtoricus.
Andreas de Sancta Cruce.
Auguſtinus Eugubinus.
Aeneas Syluius hiſtoricus.
Acta concilij Lateranenſis ſub Paſchali II.
Acta concilij conſtantienſis.
Albericus.

B

Beda
Bernardus.
Burchardus
Blandus Hiſtoricus.
Bembutgus Hiſtoricus.
Balſamones Nomocan.
Bab. platina.
Breuiarium Pij. V.

C

S. Clemens Romanus
Clemens Alexandrinus
Cyrillus Alexandrinus
S. Celeſtini primi epiſtola
Cornelius Tacitus
Caſſiodorus.
Capitolinus.
Caroli Magni epiſtola
Claudianus.
Concilium IIII Toletanum.

Con-

Concilium Florentinũ.
Chriſtoforus Capite fontium,
Cœlius Pannonius in Apocalypſim.
Carolus Bouius in Clementem Romanum.
Cęſar Coſta.

D

S. Damaſi Papę decreta.
S. Dionyſius Areopagita
Dion. Chryſoſtomus.

E

Euripides
S. Euuodij Petri diſcipuli epiſtola, quæ φῶς dicitur.
Euſebij Cęſarienſis Hiſtoria.
Eutropij hiſtoria
Euſebij ſcolaſtici Hiſtoria
Ennodij diaconi defenſio
Euuagrij hiſtorici
Eginhardi hiſtoria.

F

Fortunatus præsbiter
Federici II. epiſtola
Franciſcus Duarenus
Franciſcus Iohannetus.

G

Gregorius Nazianzenus
Gregorius Papa primus
Gregorius VII.
Gelaſij epiſtola ad Anaſtaſium.
Gratianus.
Gabriel barri Franciſcanus.
Galatinus cõtra Iudęos
Guilielmi Lindani de interpretatione ſcripturæ.

H

Homerus.
Hybrias Cretenſis
Herodianus
Hieronymus
Henrici IIII. epiſtolæ
Hymni eccleſię.
Honofrius Panuinus
Hermanus Comes Duenarius.

I

Innocentij primi epiſtola
Iohannis Zonaræ hiſtoria
Iohannes Chriſoſtomus.
Innocentius III.
Iohannis Cuſpiniani Hiſtoria
Iacobi Vuinſe hiſtoria
Iuſtiniani nouellæ.
Ioſephus hebręus.
Iohannis Curopalatis hiſtoria.

L

Lucretius.

Leo

Leo primus
Leonis IX. epiſtola
Luithprandus hiſtoricus
Lupoldus hiſtoricus.
Leo de Caſtro.

M

M. Tulius.
Martini hiſtoria.
S. Maximus taurinenſis
Minutius fœlix.
Mathias brēdenbachius.

N

Nicolaus primus.
Nicephorus Caliſtus
Nicetas hiſtoricus:

O

Origenes
Otho friſingenſis epiſco pus.

P

Plautus
Plinius Mairo.
Plutarchus.
Paulinus Nolanus.
Proſper. æquitanicus
Procopius Gazeus
Paulus diaconus
Porphyrius
Pauli Aemilii annales
Pratum Spirituale
Polydorus Virgilius
Prateius.
Philon hebreus.

Q

Q. Curtius

R

Rabbi Solomon
Rufini hiſtoria
Remigij Remenſis commentaria in Apocalypſim manu ſcripta.
Regineni hiſtoria
Roberti Abbatis chronicon
Regiſtrum pontificum manuſcriptum Cardinalis delfini
Regiſtrum aliud Michaelis Thomaſij epiſcopi Ilerdenſis.

S

Strabo
Seneca
S. Sylueſtri acta.
Seuerus Sulpitius
Sozomeni hiſtoria.
Socratis hiſtoria
Symachi Apologia.
Simon Metaphraſtes.
Sigeberti gembelacenſis chronologia
Saxo hiſtoricus.
Sicconius Polentorius manu ſcriptus.
Synodus octaua.

T

Tertullianus
Theodoritus.
Tarraconenſis prouincię epiſtola manu ſcripta

pta ad Hilarium Papam
Theoſilactus in acta
S. Thomas Aquinas
Tholomaides
Tabulæ capituli Valentini.

V

Vrtichindi hiſtoria.
Vitæ Lipomani.

VEtuſtiſſimam adorationis tam manuum quàm pedum conſuetudinem, apud omnes gentes uiguiſſe, nihilq; ex ea tyrannicum in Chriſti eccleſiam deductum, contra Iohannem Cuſpinianum, multorum ſeculorum ætate; & grauiſſimis exemplis oſtenditur. Cap. 1.

Ex Eſaiæ prophetia cap. lx. & lxi. colligi adorationem pedum, tametſi ex Diocletiani imitatione in eccleſię conſuetudinem deductam eſſe fateremur, tyrannicam non eſſe, cum multa ex gentium ritu, optimo iure fuerint in eccleſiaſticos mores translata. Cap. 2.

Ex Chriſti Dei optimi Maximi imitatione, pedũ oſcula eccleſiæ Primati eſſe infixa. C. 3.

Apoſtolis cultum hunc delatum, & ab ipſis, in alios epiſcopos, quaſi per manus, deductum fuiſſe, Cap. 4.

Adorationis uarias eſſe cauſſas, excellẽtiam, pœnitentiam, obedientiam, quæ cum ſit multis communis, ſola ultima Rom. Pontificis propria extitit, ob quam ipſi pedum oſcula deferuntur. Cap. 5.

Omnibus epiſcopis ſuo iure conuenire, ut omnes homines ſacras exoſculentur manus, & capita ſubmittant. Cap. 6.

Ro-

Romanum epiſcopum, non ſolum epiſcopis, ſed omnibus Regibus ſuperiorem eſſe, cũ in eos authoritatem exerceat. Cap. 7.
Imperatores, tam Græcos, quam Latinos, oſcula ſolius Pontificis pedibus impresſiſſe. Cap. 8.
Iure optimo a Romano Pontifice ſandalia cruce inſignita geſtari. Cap. 9.
Rationibus hæreticorum fit ſatis. Cap. 10.
Explicatur cauſſa ob quam Romanus Pontifex in geſtatoria ſella humeris deferatur.
Tandem de Coronatione Romani Pontificis agitur.

INDEX

INDEX RERVM quæ notatu dignæ videbantur.

A

Adorationis vetuſtas f. 1. a
Adorandi ritus apud veteres fol. 1. a b
Adorandi etymologia 3. a
Adoratio manuum fol. 1. a
Adoratio pedum nõ eſt tyrannica 3. b
Adorare Imperatores, conſuetum. fol. 5. a
Adoratio ob uarias cauſas delata 21. b
Alexander pedes ſibi oſculari eſt paſſus fol. 2. b
Alexander Iaddum ſacerdotem, adorauit. 22. a
Alexander III. a calũniis Duarẽi defenditur. 13. b
Apoſtoli principatũ in Chriſti regno tenuerũt. 15. b
Apoſtolos, conculcandi hoſtes, poteſtatem accepiſſe: fol. 16. b
Apoſtoli, regna ſublimia, conculcarunt. fol. 17. a
Apoſtoli omnia ad pedes acceperunt. fol. 17. b
Apoſtoli quomodo æquales dici poſſint. 26. b

B An-

Andreæ pedes, multi oſculati ſunt. 19.a
Augarus rex adorauit Thadeum. 19.a
Archadius Imper. ex communicatus eſt, ab Innocẽtio. 31.b
Anaſtaſius Imper. excommunicatus à Symacho. 31.b
Angelus cur prohibuit Ioannem, ne eum adoraret. 53.a
Aragonum Regis publica pęnitẽtia 32.b

B

Britannio Conſtantij pedes amplectitur. 3.b
Bulgari, adorandi pedes, morem ſeruarunt. 4.a
Baſabas quid ſignificet. 12.b
Baſilius Imp. à ſacerdotibus calcari exoptabat. 24.a
Benedicere qui poſſint, & quo loco valeant. 31.a

C

Cαταφιλήσατε quid ſignificet, & loc⁹ Dauid expoſit⁹. 1.b
Calcei gemmis ornati a Diocletiano 2.b
Calceos ornatos deferũt Chriſtiani principes 48.a
Caliſti 2. Honorij, & Eugenij 3. adorati pedes 45.a
Cardinales cur bis tãtum, pedes Papæ oſculentur? 59.a
Conſuetudo multis amnis improbari non debet. 4.b
Chriſtiani homines, Imperatores adorabant. 5.b
Chryſoſtomus & Cyrillus, maxima pompa, incedebant 8.a
Conſtantinus eos honores Pont.ᶜ Rom. deferri conſtituit, quibus Imperatores vtebantur. 9.a
Chriſti exẽplo, ritus

varij

narij in eccleſiam introducti. 13. a
Chriſti exemplo pedum adoratio in eccleſiam introducitur 10.b
Conſtantini donationis vetuſtas, & autoritas. 41.a
Conſtantinus oſculabatur cicatrices epiſcoporum. 20.a
Carol⁹ magnus oſculatus eſt pedes Papæ. 42. a.
Colla ſubmittēda epiſcopis 34.b
Coronationis regum antiquitas 36. b
Corona regia miſſa Rudulpho cum inſcriptione 37. b
Carolus quo pacto dicatur adoratus à Papa. 42.b
Crux Chriſti cur Papę ſandalijs impreſſa? 49. a & 50.
Crux ab omnib⁹ adoratur. 49.b
Crux multis in locis depingebatur. 51.a
Crux beſtiarū corporib⁹ impreſsa. 59.a
Cenandi mos in lectis editis, ex euangelio conſtat. 10.b
Corona aurea inter triumphandum delata. 55.a
Coronam regiā olim deferebant ſacerdotes. 55.b
Corona Regia Papæ, temporalium poteſtatem ſignificat. fol. 56.a
Corona ſiue regnum papale, à Conſtantino dono datū, 56.b
Seu à Clodoueo. 57.b
Coronandi pontifices vetuſtas. 57.b
Corona regia, cur deferat à Papa? 58.b
Circulare phrygium, quid ſignificet 57.a & 60.b
χειροτονία quid ſignificet. 33.b

D

Diocletianus morem

oſculandi pedes, in vrbē induxit, 2.b
Diogenes imp. pedes Axani complectitur. 4.a
Diocletian⁹, vt ſe deū iactaret, pedū oſculationē ſibi deferri voluit. 4.b

E

ECcleſia ex gētiū opibus augenda, & ornanda. 7.a
Eccleſia, honorandi ritum ex gentibus mutuata eſt. 7.a
Eccleſia quo tempore floruit apud deū, et quo apud hoīes 9.b
Eccleſia, in ſcripturis, ſub Chriſti nomine intelligitur. 16.a
Eccleſiæ authoritas in iudicandis regibus, 14.a 32.a
Epiſcopi cur hominū grege ſtirpari debeant? 8.b
Epiſcopi quo tēpore candido amictu ornari ceperunt? 13.b
Epiſcopi ſimili cum apoſtolis ritu honorati. 19.a
Epiſcopi parent ſedi apoſtolicæ. 26.a
Epiſcopi qñ à Rom. Pontific. fratres dici debeant. 26.b
Epiſcopi filij Rom. Pon. dicūtur. 26.b
Epiſcopis, manuum oſcula deferri debent. 29.b. 32.b
Epiſcopis, reges omnes caput ſubdere, & colla ſubmittere debent. 30 a
Epiſcopi ſuperiores ſunt regibus. 31.b
Epiſcopi eccleſiæ oriētis, vices gerūt Ro. Pontificis. 36.b
Epiſcoporum vice, laici reges coronare ſolent. 37.a
Eleuādi in humeros conſuetudo 54.a
Euphemi⁹ patriarcha Anaſtaſiū coronat, ſub cōditione. 36.b
Eugenius 4. a duobus Im-

Imperatoribus adoratus. 46.a
Eudoxia ad Chryſoſtomi pedes Theodoſium admouit. fol. 20.a

F

FIdem ſolam, Petrus nō eſt aſſecut⁹ primatū. 35.a
Federicus 2. obedientiam pollicetur Innocentio. 3. 28.b
Federicus ſtapetam tenet Hadriani papæ. 41.b
Furius Camillus vſus eſt curru, quatuor eq̄s iniūctis. 4.b
Fruitio pedum, idem atque oſculum pedis apud Photiū. fol. 14 & 15.
Formula ſcribendi ad Papam, poſt pedū oſcula beatorum. fol. 45.b

G

Gelimerius vna cum Belliſario, Iuſtiniani pedes adorat 41.b
Genicularī, & de, geniculis adorare, idē fol. 13.a
Gregorius 7. Henricū abrogauit Imperio fol. 27.b
Gregorii XIII. pedes, anno Iobilei, oēs oſculabantur. 25.a
Grȩcorum hiſtorię omnes, deprauatæ. fol. 39.a
Grȩci oēs, Eugenii 4. pedes oſculātur, in florētino concilio. fol. 46.a

H

Hęreticorum error, de Adoratione pōtifi. vnd fluxerit 3.a
Hęreticorum calamitates, hoc noſtro tēpore, ex contēptu ſedis apoſtolicæ, peruenerunt. 15.a
Hæretici excęcati a dęmone, non poſſunt miſteria eccleſiæ intueri. 51 & 52.
Hecerboli⁹ ſophiſta ꝯculcari exoptat. 25.
Heraclius Phocā cō

culcauit. 23.b
Henricus 4. Legato Apoſtolico obuolutus, obedientiam pollicetur. 24.b
Henricus 4. ob inobedientiam ſedis apoſtolicæ, priuatus imperio, a filio. fol. 24.b
Henricus 4. veniam à Papa nudis pedibus deprecat. 28.a
Henricus excommunicatus à Gregorio 7. 32.a
Hiſpaniæ reges, ſolitos procumbere toto pectore terra, ante epiſcopos. 20.a

I

IAcobus frater domini, non eſt ex 12. apoſtolis 35.b
Imperia à Sacerdotib⁹ cōferūtur. 38.b
Imperatores poſt Diocletianum, ad pedū oſcula admiſerunt populos. 5.a
Imperatorū anteambulones, qui. 8.b
Imperatores oſculari pedes eccleſię debent. 27.b
Imperatores obedientiam Papæ deferre debent. 27.b
Imperatores omnes, poſt electionem Papæ, ad eum fidei proteſtationē mittere debent. 47.a
Imperatores uarij, à Patriarchis excommunicati. 32.a
Iuſtinus Imp. coronatus eſt à Ioanne primo. 40.a
Iuſtinianus Imp. Conſtātini Papæ pedes oſculatur. 40.a
Iuſtin⁹ Impe. primus eſt oſculatus pedes Papæ. 39.b
Iuſtinian⁹ Leōtis ceruices obtriuit. 23.b
Iuſtitia eſt in cauſa, cur honorem hominibus deferam⁹. fol. 25.b
Ioannis 16. adorati pedes

des 43.a
Iuliani fraudes inter adorandum ad miſsæ. 5.a
In Imperatorum imagines cultus. 5.b
Imaginum manus, & pedes oſculati. 5.b 6.a

L

Literæ commendatitiæ deferri debent ad Papã. 14.b
Leonis 4. oſculati pedes 43.a

M

Minutii fœlicis liber male aſcriptus Arnobio. 1.b
Magiſtratus, omni ſtudio, a populis culti. 4.b
Magiſtratus ſplendido ornatu decorati. 7.b
Magdalena à Chriſto laudata, cum pedes eius oſcularet. 1c.b
Mulieres cum Chriſti pedes tenuerũt, eos oſculatę ſunt. fol. 11.b
Magdalena cur à tactu repellitur, cum aliæ omnes admittantur? 11.b
Miraculorum cauſa homines ſancti adorantur. 22.a
Maximus Imp. excõmunicatus ab Ambroſio 31.a
S. Methodius priuauit regno Morauię Suatocopii filium. fol. 32.a
Manus epiſcopo oſculari, cõſuetum eſt, in eccleſia. 33.a
Martyrum vincula oſculari, & eccleſię pauimenta, conſuetum 21.a

N

Nicolai pedes oſculati 20.b
Nabuch denezer adorauit Danielẽ. 22.a

Natalis profeſſor ad Zephetini pedes iacuit. 23.a
Nicolaus Papa primus, excommunicat Lothariũ. 31.b

O

OSculari idẽ atq; adorare. 1.b
Oſculari manus corã ſole quid apud Iob fol. 2.b
Obuoluendi genibus mos apud omnes gentes. 2.b
Oſculãdos pedes tradidit C. cæſar. 3.a
Oſcula pedum Ro. epiſcopo deferẽda exemplo Impe. 9.b
Oſculum reconciliationis apud Bernardum eſt, quod pedibus figitur. 24 b
Obedientia cui debeatur. 25 a & b.
Obediẽtię uox à ſcriptorib⁹ Germanię vſurpata. 27.b
Obedientiam detulerunt imperatores Rom. ponti. 28.b
Obedientiæ & reuerentiæ diſcrimen ex Bernardo. 28.b
Obedientiæ uox hoc tẽpore, mouet controuerſias in eccleſia. 29.a

P

Perſea Rex Aemilii genibus obuolutus. 2.b
Perſarum conſuetudo, in oſculandis pedibus principũ. fol. 2.b
προσκυνεῖν quis ſignificat. 3.a
Purpurea in ſigne regie dignitatis 7.b
Purpurea non ornabantur trib. plebis. fol. 8.a
Pelopedis pęnę ob indecoras veſtes. 7.b
Prophetæ adorationẽ ſibi deferri paſi ſunt. 10.a
Papæ pedes, mulierũ,

& Apoſtolorũ exẽplo, adorãtur. 12.a
Papa ex Ioãnis exemplo, vſq. ad pedum oſcula venerari debet. 13.a
Papa Romani Imperii ſublimitatẽ ſubegit, vſq. ad oſcula pedum. 17.a
Papa nihil manibus accipit, ſed omnia eius pedibus proſternuntur. 17.b
Papa Imperatores ob eorum delicta conculcare poteſt. 24.a
Papa omnes eccleſiæ controuerſias componit. 26.a
Papa epiſcopos excludere a ſuis eccleſiis & eorũ loco alios ſubſtituere põt. 26.a
Papa poſt Deum primitus adorandus eſt. 34.
Papa priuare poteſt regno, eos qui non obediũt literis apoſtolicis. 38.a
Paulus ad pedes Gamalielis edoctus eſt. 23.a
Paulus ab apoſtolis eſt ordinatus. 33.b
Petrus quomodo mactare dicatur. 16.a
Petrus cur nõ paſſus ſit, a Cornelio adorari. 18.a. & 52.b
Petrum omnes gentes adorant. 18.b
Petri pedes variæ feminæ oſculant. 19.a
Petræ eccleſiæ fundamẽta cõmiſſa 26.b
Petrus uniuerſale mẽbrũ eccleſiæ. 34.b
Petri nomen a Chriſto deductũ. 35.a
In Petri pſona fundata eſt eccleſia. 35.b
Petrus ſolus a Chriſto baptizatus 36.a
Patriarcha Conſtãtinopolitanus ad pedes Impe. ſedebat. fol. 39.a
Patriarchæ calceos purpureos deferebant. 48.b
Poſtumiani pedes, ac genua oſculata. 21.b

Pœ-

Pœnitentes fidelium pedes ad oſcula referebant. 23.a
Pœnitentes laicorum veſtigiis obuoluti. fol. 23.a
Pœnitentiarii primũ Romæ inſtituti. fol. 24.b
Philippi Imp. publica pœnitentia. 31.b
Pippinus rex oſculatur pedes Stephani Papæ. 41.b

R

Romani pontifices ſub Innocentio primo externũ dominatũ & ſplẽdorem obtinebãt. fol. 8.a
Romanorum pontificum ſplendor. fol. 60.a
Romanus pontifex diſciplinam patrũ, & canones cuſtodire debet. 14.b
Romana eccleſia à Ioanne ſub nomine philadelphię deſcribitur. 27.a
Romanæ eccleſiæ varia ſunt priuilegia. fol. 44.
Reges ex Eſaiæ teſtimonio, baſiare pedes pontificis debent. 14.a
Regum vnctio in humero fit. 38.b
Reges à Papa puniuntur. 38.b
Rex Franciæ & Angliæ, pedites Papã comitantur. 45.a
Regnũ papale à Paulo 2. ornatũ. 58.b

S

Sacerdotes comedunt gentium fortitudinem. 7.b
Sacerdotes gentium ſpolia transferunt in eccleſiam. 8.a
Sacerdotes ab Imperatoribus ſplendorem acceperunt. fol. 8.b. & 9.b
Sacerdotes veteris legis

gis minoris ſunt authoritatis quam noſtri 31.a
Stephanus ad Pauli pedes corruit. 18.a
Sapientiæ cauſa, adoratio hominibus debetur. 22.b
Sella geſtatoria Papæ. 54.b
Sandalia Rom. pontificis 43.b
Sueno Rex Datiæ publicam agit pœnitentiam. 32.a

T

Theodoſius B. Ambroſii pedib9 obuoluitur. 20.a
Theodoſius ſenior Amphilochii pedes amplectitur fol. 20 a
Theodoſii publica pęnitentia 31.b
Theodoſius ſenior coronatus eſt à Miletio epiſcopo 37.a
Tiara recta Perſarum corona. 55.b
Tiara recta inter triũphandum delata. fol. 56.a

V

Valerianus Imp. vna cum vxore Martini pedes amplectitur. 19.b
Veterbegentium deliria. 34.b
Vdones albos deferebat Papa. 48.b

F I N I S.

ERRATA QVÆ LIBRARIORVM, & impreſſorum incuria exciderunt, ſic corrigito.

Errata	Corrigenda.
Fol.5.a Siſti.	ſiſti minori litera.
ibidem incuruate	incuruare bis legendum eſt.
7 b cultum adilciant	adliciant.
8 b factum	factum.
9 a θεσπίζουσ	θεσπίζουσιν
ibid. item leo	Idem leo.
9 b paſchalius.	paſchalis.
12 b in uos omnes	in nos omnes.
13 b refulxerit	refulſerit.
15 b inhærere	inherere
ibid. repugnanter	repugnantes.
16 a tangentia	turgentia.
16 b fructu	fracta.
17 b ποισῦντες	ποιοῦντες
18 a Stephanus	Stephanas.
ibid. innite	inuiti.
ibid. ipſe ruenti	ipſi tuenti.
18 b cohiberent	cohiberet.
26 a ab ipſo ſacerdoti	ipſi ſacerdoti.
21 a concutitur	concurritur.
ibid. eum	eorum.
21 a lib.11.	lib.xi.
23 b Aſpinarij	Apſimari.
24 b Bernardus ſuc.	Sermone.
25 b Τάντες	Πάντες
ibid. Atheneum	Athenæum.
ibid. A"tyopes	Aethiopas.
27 b Vrſpurgenſis	Vrſpergenſis.
28 a compactionem	compationem.
ibid. Paſchalium	Paſchalem.
28 b Romani	Romano.
29 b vindicare	vendicare.
ibid. ſedem	ſede.
30 b κλίνας	κλῖνας
34 a cuius ad ſedem	cuius ſedem.
34 b Here Matenſem	Hermanum Mimatenſem.
35 a contagine	contagione.
35 b concordandi	coronandi.
39 a quia in ea	quia in ea auctor legendum.
41 b in ix.canone	Mono canone
44 b S.Ermodio	S. Ennonio.
ibid. ſubiectos	ſubiectis.

45 a anni

45 a anni domini.	anno.
45 b p: ſraniæ.	peſſianiæ
48 b λευκοζάτῃ	λευκοτάτῃ
53 b ἀναγεύουσιν	ἀναγορεύουσιν
55 a niſi uos.	nos
56 a κάρᾳ	τιάρᾳ
58 b miaues	micaes.

DE ADORATIONE Pedum ROMANI PONTIFICIS.

Ioſepho Steuano Valentino Authore.

Vetuſtiſsimam adorationis tam manuum, quàm pedum conſuetudinem, apud omnes gentes viguiſſe, nihilq́; ex ea tyrannicum in CHRISTI *Eccleſiam deductum, contra Ioannem Cuſpinianum, multorum ſeculorum ætate, & grauiſsimis exemplis oſtenditur. Caput Primum.*

ADORATIONIS vetuſtiſſima apud omnes gentes conſuetudo extitit, qua quiſque honoris cauſa, capite demiſſo, corpore dextro- *Ex Petri pi-ſæi aduerſa-riis.*

uorſum circumacto, dextram manum labijs admouebat. Quem morem Plinius
,, lib.28.cap.2.his verbis expreſſit. Adoran-
,, do, dexteram ad oſcula referimus, totum
,, corpus circumagimus, quod in læuam feciſſe, Galliæ religioſiùs credunt. Apuleius Apher Apolog. 1. & Minutius Fœlix in Octauio (qui liber Romę ęditus, malè, octauus Arnobij inſcriptus eſt) hanc veterem
,, conſuetudinem retulerunt. Si fanum ali-
,, quod, inquit Apuleius, prætereat, nefas ha
,, bet adorandi gratia, manum labijs admo-
,, uere. Idem in Aſino lib. 4. multi admira-
,, tione ſtupidi, & admouentes oribus ſuis
,, dexteram, priori digito in erectum pollicē
,, reſidente, vt ipſam prorſus Deam Venerē,
,, religioſis adorationibus venerabantur. Eā-
,, dem conſuetudinem Minutius retulit. Cę
,, cilius, inquit, ſimulachro Serapidis deno-
,, tato, vt vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum
,, ori admouens, oſculum labijs preſſit. Hie-
,, ronymus Apolog. 1. in Ruffinum de expo
,, ſitione eius loci. Apprehendite diſciplinā,
,, Naſcecu ait, & vt verbum de verbo inter-
,, preter, καταφιλήσατε, id eſt, deoſculamini
,, dicitur. Quod ego nolens transferre puti-
,, dè, ſenſum magis ſecutus ſum vt dicerem,
,, Adorate, eo quòd qui adorant, ſolent deo-
ſculari

ſculari manũ, & capita ſubmittere. Quod »
ſe Beatus Iob elementis feciſſe negat, di- »
cens. Si vidi ſolem cùm fulgeret,& Lunã »
incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcon »
dito cor meum, & oſculatus ſum manum »
meam ore meo. Quę iniquitas maxima eſt, »
& negatio contra Deum altiſſimum. Qua
veterum conſuetudine adductus Hierony- »
mus, locum lib. 3. Reg. cap. 19. ita tranſtu- »
lit. Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem »
millia virorum, quorum genua non ſunt »
incuruata ante Baal, & omne os quod nõ »
adorauerit eum, oſculans manum. »

Nec ſolum Antiqui, inter adorandum, ſuas manus oſculis premebant, ſed etiam Principum virorum dexteras oſculari, pedes amplecti, ſunt ſoliti. Euripides in Hecuba.

Ex Lãbino li. 1. epiſtolarũ Horatij.

Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γονάτων,
καὶ σοῦ γενείου, δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος.

Agamemnon ſupplex ad tua genua acce-
do, & per tuum mentum te oro, & per tuã »
dexteram beatam. Homerus *ἰλ. ω.*

χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖ- »
ρας manibus Achilles genua comprehẽdit, »
& oſculatus eſt manus. Tacitus de Nerone, »
lib. 15. Agere gratias Dijs, ornare lauro do »
mum, genua ipſius aduolui, & dexteram

,, oſculis fatigare. Apuleius Apolog.2. Pon-
,, tianus ante pedes noſtros obuolutus, flens,
,, & manus noſtras oſculabundus. Plutar-
chus, Perſeam Regem magna belli conten
tione terra marique ſuperatum, ſe ad pe-
des Pauli Æmilij ſubmiſiſſe, & genua am-
plexum fuiſse, teſtatur. Idem prorſus in vi-
ta magni Pompeij refert. Apud Perſas hęc
conſuetudo à priſcis illis temporibus de-
ducta, in communi verſabatur vſu. Quam
Alexander Macedo victoria elatus, ne for-
mam ſpeciemq; dominii immutare vide-
retur, per ęquè ac purpuram, & aliqua Per-
ſica ornamenta retinuit: Diocletianus verò
in communem vſum Romanorum indu-
xit. De quo Eutropius lib.9. diligentiſſi-
,, mus, ait, & ſolertiſſimus Princeps, & qui
,, Imperio Romano primus regiæ conſuetu
,, dinis formam, magis quàm Romanæ li-
,, bertatis inuexit, adorari ſe iuſſit: cum an-
,, te eum cuncti ſalutarentur. Ornamenta
,, etiam gemmarum, veſtibus calceamentiſ-
,, queaddidit. Nam prius imperii inſigne,
,, in clamide purpurea tantum erat, reliqua-
,, que communia: Pomponius factum hoc
,, apertius expreſſit, Diocletianus, inquit,
,, poſt triumphum de Perſis actum, adorari
,, voluit, pedesque ſibi oſculari, auro & gem
mis

Q. Curtius li. 3. et 6. Plutarchus in Themiſtocle. Plutarchus de fortuna Alexã.

mis calceamenta exornans. Hinc, vt obiter admoneam, exacta vocis etymologia dedu ci poteſt, vt nihil aliud adorare dicamus, quàm ad os aliquid admouere, vel referre ad oſcula. Quod etiam apud Græcos προσκυνεῖν adorare & oſculari ſignificat. Vt de Caio Calligula referunt hiſtoriæ, τοῖς δ' ἄλλοις καὶ τῶν βουλευτῶν, ἢ τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα ὤρεγε προσκυνεῖν id eſt, cæteris ſenatoribus vel manũ, vel pedem porrexit oſcu ,, landum. Seneca lib. 2. de beneficiis. cap. 12. ,, imperatorem in os ſenatoris pigros ſuos, ,, id eſt tardos pedes ingeſſiſse, narrat his ver ,, bis. Caius Ceſar dedit vitam Pompeio Pœ ,, no, ſi dat qui non aufert. Deinde abſoluto, ,, & agenti gratias, porrexit ad oſculandum ,, ſiniſtrum pedem. ,,

Ex Zonara in Caij vita

Sed Ioannes Cuſpinianus, qui Imperatorum res geſtas copioſè deſcripſit, ſicuti Diocletiano hoc factum vitio vertit, ſic etiam ipſis pontificibus Romanis in maximo ponit crimine. Contendit, nuda ſimplicique verborum narratione, Põtificem Romanum hunc morem a Diocletiano acceptum, in communem vſum Chriſtianorum perduxiſse: deinde vt Regium & inſolens improbat. Quem errorem, cum multi huius hominis authoritate imbibe-

rint, in prima diſputationis coitione, ex eorum animis eripiendum duxi, vt hoc euerſo fundamento, cætera, quæ inde ſequuntur argumenta refellamus.

Primùm mos communi populi conſenſione, multorum etiam ætate comprobatus, tyrannidis nota condemnari non poteſt: cum natura quaſi duce, conſtitutus eſſe videatur. Quòd longa exemplorum ſerie, & grauiſſimorum hominum fide, & authoritate perſpicitur. Britannio magiſter equitum in Pannonia, Anno cccxxiiii. vt morem adorãdi ſeruaret, ad pedes Conſtantij prouolutus, eosque amplexus, in gratiam cum imperatore redijt. De quo

Niceph. Caliſt. lib. 9 cap. 32.

,, Zonaras Tomo iij. τὰ γὰρ τῆς βασιλείας ἀ-
,, ποδυσάμενος ὁ Βρεττανίων γνωρίσματα, ἐν ἰδιώ-
,, του στολῇ τῶν τοῦ βασιλέως ποδῶν ἐπελάβε-
,, το, id eſt. Nam cum Britannio regia inſi-
,, gnia exuiſset, plebeio habitu, pedes Impe-
,, ratoris amplexus fuerat.

Prẹtereà Anno ccccxi. Iuſtinianus Auguſtus cum triumphum de Gelimerio, qui totam Aphricam occupauerat, deportaret, Gelimerius iuſsus eſt, imperatorem de more venerari, atque pedibus prouolu-
,, tus adorare. Vt idem eſt author. ἤδη δ'
,, ὀφθαλμοὺς ἔναντι τοῦ κρατοῦντος ὁ Βελλισάριος

πεσὼν

πείθει τὸν Γελίμερα, εἰς τοὔδαφος καταβαλεῖν »
ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἀπονεῖμαι τῷ βασιλεῖ τὴν »
προσκυνησιν. ὁ δ' ἐποίει τὸ προςαττόμενον, κα- »
ταχεόμενος δάκρυσι, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ βελλισάριος »
προσούδισεν ἑαυτὸν, ἐνδεικνύμενος τῷ Γελίμερι, »
ὅτι οὐχ ὡς αἰχμάλωτος ἐκεῖνος τοῦτο ποιῆσαι »
ἀπήτητο, ἀλλ' ὅτι οὕτω νενόμισται προσκυνεῖσθαι »
τῶν Ρωμαίων τοὺς βασιλεῖς, καὶ οἱονεὶ κουφίζων »
αὐτῷ τὸ δυστύχημα, id eſt peruentũ erat ad »
imperatoris aſpectum. Tunc Belliſarius »
Gelimerio perſuadet, vt humi procumbat, »
& ita adorationem Imperatori deferat. Fa- »
cit ille vt iubebatur, lachrymis oppletus. »
Procumbit & ipſe Belliſarius, vt oſtende- »
ret Gelimerio, eum id facere iuſſum nõ vt »
captiuum, ſed quia moris ſit adorari impe »
ratorem Romanorum, eiusque calamita- »
tem ſubleuaret. »

Ad hæc Bulgari hanc adorandi, ſiue o-ſculandi conſuetudinem obſeruarunt. Nã in ſumma reipub. perturbatione, cum quidam Aluſianum Aaronis regis filium de facie agnouiſſet, eius pedibus prouolutus, τοὺς πόδας αὐτοῦ περιπτύσσεται, id eſt eos amplexibus circumplicuit, vt in vita Michaelis Paphlagonis legimus. *Zonaras.*

Tandem Axani Sultani inter barbaros humaniſſimi, vt ſeruitutis munus expleret

" Diogenes Baſilatius Græcorũ imperator, " Anno CICLXIX. pedibus prouolutus, hu" mi ſupplex, & eos oſculabundus iacuit. " Quis ergo non videt hunc morem tot po" pulorum conſenſione comprobatum, qua" ſi naturæ authoritate defendi? quis non " ſentit, tantam aduersùs principes, & ſum" mos Magiſtratus fuiſſe animorum propen" ſionem, vt niſi populi publicos parentes " ſummo, quo poterant, ſtudio venerarentur, aliquid eorum dignitatis, aut detra" ctum, aut imminutum crederent?

A. Gellius li. 2. c. 2.

" Sed ſi aliquis imperatoria maieſtate in" ſolenter abuſus, temere ſe Deum iactauit, " aut incredibili armatus audacia, oſculum " pedum tanquàm diuinum ſibi honorem " arrogauit, eius ſanè improbitas, & demen" tia culpanda eſt, non populus, aut conſuetudo: quæ cùm principum æſtimatione recipitur, quaſi naturæ vocibus comprobatur, vt vix ab ea homines poſſint recedere.

Furius Camillus ob rerum magnitudinem ſummos ſpiritus extulit. Qui cùm de Veiëtibus triumpharet, auſus eſt vnus, nullo maiorum exéplo, curru quattuor equis iniunctis euehi; Quo deorum patrem ſummum numen deduci, fictis fabulis, memoriæ prodebatur. Qua de re exulceratis

Plutarchus in eius vita.

populorum

populorum animis, putabatur tyrannicè diuinitatem affectaſſe. Mox tamen cum ob propagatum imperium, iram populus cohibuiſſet, omnes qui poſt illum triumphũ duxerunt, eam conſuetudinem à Camillo inductam, nulla tyrannidis ſuſpitione ſeruarunt. Sic etiam M. Antonium, cum diadema capiti Cæſaris imponeret, deteſtabatur populus: poſtquam in vnius dominatum reſpub. ceſſit, omnium adclamatione, regium diadema principi defertur. Idem prorsùs de adorantium ritu, & pedum oſculis aſſerere aliquis poterit. Nam cùm hic honor ab omnibus habitus ſit ampliſſimus, tametſi Diocletianus, vt ait M. Aurel. Caſſiodorus in chronico, neſcio quam diuinitatis opinionem concipiens, eo inconſultè fuerit vſus; tamen remota prorſus omni inſolentia, omnes poſt illum imperatores, quos ad ſummum dignitatis culmen fortuna extulerat, illo ornati ſunt. Hinc Chriſtiani ab hac cõſuetudine minimè receſſerunt, ſed a fraudibus potius Iuliani Cæſaris, quas ſub hac adorationis ſpecie ſimulabat. Quos D. Gregorius Nazianzenus oratione prima in Iulianum copiosè perſequitur his ferè verbis.

Philip pica 2.

Lex, inquit, eſt apud Romanos ſummo

ſtudio obſeruata, qua publicè imaginibus honorem deferre præcipiebatur, neque ſolùm imperatores ipſi adorari debebant, ſed etiam eorum imagines pictæ, fictæque, vt inde maior in ipſos principes veneratio redundaret. Quibus imaginibus alij victorias dona ferentes, quidam militiæ præfectos adorantes, pars multorum barbarorum pedibus proſtratorum figuras inducebant. Iulianus ſicuti cibis admiſcentur venena, ſic conſuetis imperatorum honoribus impietatem commiſcuit, & dolum malis artibus, Chriſtianis etiam robuſtioribus ſtruxit. Nam vnà cum Imperatoribus, dæmones appingi iuſſit, vt communis omnium eſset adoratio. A qua fraude pauci Chriſtianorum effugerũt, etiam ex cautioribus, & prudentioribus, cùm in honorem imperatoris dæmonum imagines colerẽt. Quam rem vitio dat Gregorius, quia turpe eſt regi, ex inſidijs contra incautos, & improuidos agere. Cõſuetudinem legemque Romanorum non improbat, cùm eſſet omnium populorum conſenſione ſancita. Quos de more ſtatuas venerari ſolitos, earumque manus oſculari T. Lucretius lib. I. cecinit his carminibus.

„ Signa manus dextras oſtendunt attenuari,

nuari,

Sæpe ſalutantum tactu, propterque „
meantum.

Vt inde facilè conſtet, inueteratam conſuetudinem fuiſse, cum exeſæ manus, atque oſculis detritæ fuerint. Sic etiam ad ſignorum pedes, more maiorum, oſcula relata fuiſse Aurelius Prudentius, vt in vetuſtiſſima conſuetudine grauiſſimos authores aduocemus, multis in locis meminit. primùm in Apotheoſi his verbis.

Perfidus ille Deo, quamuis non perfi- „
dus vrbi,

Auguſtum caput ante pedes curuate „
Mineruæ,

Fictilis, & ſoleas Iunonis lambere plãtis „
Herculis aduolui: genua incuruate „
Dianæ:

Quin & Apollineo frontem ſubmitte- „
re gypſo.

Et libro primo contra Symmachum, cùm preces domi ad lapidem Siſti referat, ait.

Impreſſis ſilicem labris, puerilia vota „
Fudit, opesque ſibi cæca de rupe po- „
poſcit.

Et paulò poſt, Soli ſacrificandi ritum exponens, hunc oſculandi morem expreſſit.

Poſt trabeas, & eburnam aquilam, ſel-
lamque

lamque curulem,
Cernuaque ora ſenex barbatus, & oſcula figit
Cruribus ænipedum, ſi fas eſt credere, equorum.

Ex Eſaiæ prophetia, cap. 60. & 61. colligi, adorationem pedum, tametſi ex Diocletiani imitatione in eccleſiæ conſuetudinem deductam eſſe fateremur, tyrannicam non eſſe; cùm varia ex gentium ritu, optimo iure, fuerint in eccleſiaſticos mores tranſlata. Cap. II.

SATIS ſuperque demõſtratum eſt, hanc adorandi conſuetudinem apud omnes gentes viguiſſe, nunc colligamus oportet, ex hoc veterum more nihil tyrannicum in Chriſti eccleſiam inuectum eſſe, nec regium præter ius faſque, vt aiunt hæretici deſertores, a Romano Pontifice vſurpatum. Quod facile ex ſuperiori capite deduci poteſt, cum illud ius, quod ex æquo, & bono, apud gentes conſtitutum eſt, a Romano Pontifice, qui ſupremo in Chriſti eccleſia fungitur magiſtratu, retineri videamus. Nec abs re: cum

eum iamdiu anteà de ſummo cultu principibus euangelij deferendo, vaticinatus fuerit Eſaias cap. 60. & 66. Ponam, inquit, te ,,
in ſuperbiam ſeculorum, gaudium in ge- ,,
neratione, & ſuges lac gentium, & mamil- ,,
la Regum lactaberis. Septuaginta viri. ,,
πλοῦτον τῶν βασιλέων φάγεσαι, id eſt diui- ,,
tias Regum comedes, tranſtulerunt. Cùm eccleſia augenda eſſet, atque etiam multis honoribus cumulanda, ex gentium & regum opibus, vt ait Procopius & Cyrillus, eiuſque ſummi ſacerdotes ab ipſis gentibus tributa redimentes, etiam honores accepturi. Vos ſacerdotes vocabimini mi- *Iſaia*
niſtri Dei noſtri, dicetur vobis, fortitudinē 61.
gentium comedetis, & in gloria earum ſu- ,,
perbietis. Id quod Eſaias δύναμιν robur, ,,
ſiue potentiam gentium appellat, Ioannes ,,
Apocalypſis 21. capite, ſemper gloriam, & & honorem regum & gentium, eandē ſententiam repetens, nominat. Reges terræ, ,,
inquit Apoſtolus, adferent gloriam ſuam ,,
& honorem in illam, & paulò poſt. Et ad- ,,
ferent gloriam, & honorem gentium in il- ,,
lam, cum græcum exemplar ita habeat, ϗ ,,
οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν αὐτῶν ,,
εἰς αὐτήν. Reges enim non ſolum gloriam ,,
ſuam, ſed etiam eam honorandi conſuetu-

dinem in eccleſiam introducent, quam gẽtes ipſis detulerunt. Aquila illam, quam latiori, & communiori voce omnes interpretes gloriam appellarunt, apertis verbis indicauit. ϰ̀ ἐν δόξῃ ἀυτῶν πορφύρᾳ ἐνδύσεσθε. id eſt, de gloria earum purpura veſtiemini. Vt inſigne regij decoris, vt interpretatur Hieronymus, oſtenderent. Quaſi acceptis gentium opibus, in ſacris peragendis, magnifico apparatu eſſent adornandi ſacerdotes, vt & omnibus populis diuitijs anteirent, & maximam ſui admirationem mouerent. Ergo ſi regij ſacerdotes, gentiũ opes, & gloriam debent comedere, id eſt, tranſmittere in eccleſiam, & in morem eccleſiaſticum transferre, aſſerendum profecto eſt, illa inſignia dignitatis, quibus reges gentium authoritatem tuebantur, vel omnino cecidiſſe, vel cum maximis ſacerdotibus commutata. Quibus & in regali ſacerdotio purpurati conſpicui ſint, & animos hominum ad ſui cultum adiiciant. Etenim dignitas atque ſplendida perſona, ex amictu conijci debet, ne Pelopidis pœnas ob indecoras veſtes, & vilem ornatum, magiſtratus pendant. Qua de re ſupremi magiſtratus purpura ad talos vſque demiſſa vtebantur, vt imperij maieſtatem oſtenderent.

Plutarchus in eius vita.

derent. Atque vel hoc ſolo nomine tribunatum plebis inter magiſtratus non enumerari, Plutarchus in problematibus Romanis confirmat,quod purpuram non geſtarit, quam omnes alij honores conſequũtur. Igitur ſi ſacerdotibus, ex Aquilæ interpretatione, hoc ornamenti genus adiudicatur; profectò ſuo iure omnibus alijs honoribus, qui huiuſmodi magiſtratibus competunt,vti poterunt. Rex virtutum, ait Dauid,dilecti,dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia. Filij enim Deo dilectiſſimi,quibus Chriſtus Rex virtutum, eccleſiæ curam commiſit, nempe apoſtolici viri, illi detractis gentium ſpolijs, manubia in ſpeciem domus Dei,in decorem, & ornamenta conuertunt; illa præda ornantur, quam ex gentium fortunis acceperũt. Quod ſanè reapſe eueniſſe hiſtorici literis, memoriæque mandarunt. Primum ſacerdotale munus, quod omnium maximum in Romano Pontifice exiſtit, tempore Innocentij primi, vt author eſt Socrates lib. 7.cap. 11.in externum dominatũ,& ſplendorem fuit progreſſum.Eadem etiam tempeſtate idem in alijs eccleſijs patriarchalibus accidit. Nam Ioannes Chryſoſtomus, vt ait Nicephorus lib.12. cap.36. maximo *Ex interpretatione ædita Baſileæ 1549.*

cum

cum ſplendore, & comitatu incedebat. In Alexandrina eccleſia, Cyrillus epiſcopatum, ſummam pompam & egregium factum ducens, ſuſcepit: vt exinde, vt ait Niceph. lib. 14. c. 14. ſecularia negotia ad eum referrentur. Quam quidem rem Pontifices ab Imperatoribus acceperunt, cum hi teſte Herodiano lib. 3. anteambulonum ſeruitio vterentur, cùm vt populum ſubmouerent, tum etiam quocunque iter faceret Imperator, denunciarent populo ne in proximo conſiſterent. Qua de re Iuſtinianus Auguſtus publica lege conſtituit, quam Nouella 6. & 56. legimus, ſacroſanctos Epiſcopos, ob ſummam eorum dignitatem, ſeruorum grege ſtipari, vt muneris magnitudinem præſeferant, vel ſaltē, vt ex cap. iubemus. de conſecrat. diſt. 1. colligitur, vt ſecum bonorum operum teſtes habeant. Igitur ſi imperatorum ſplendor, ornamenta, purpura, diadema, in ſacerdotes tranſlata ſunt, vel cum ipſis communicata, vt ex ſermone Innocentii III. de S. Silueſtro patere poterit, mirum ne cuiquam erit, ſi cultum quem inferiores Principibus gentium exhibebant, nos ſacroſancto ſacerdotum coryphæo deferamus? Quas ob res meritò imperator Cōſtantinus ma-

gna animi pietate adductus, illum honorem, quo imperatores colebantur, grauioribus de cauſis Romano Pontifici deferri ſanciuit. His verbis καὶ ὥσπερ ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡμῶν εἰς τὴν γῆν σέβεται καὶ τιμᾶται, οὕτω θεσπίζομεν σέβεσθαι καὶ τιμᾶσθαι τὴν ἁγίαν τῶν Ρωμαίων Εκκλησίαν, id eſt, & quemadmodum imperialis maieſtas in terris adoratur & colitur, haud aliter decernimus, coli & adorari Romanam eccleſiam. Quod Prudentius libro primo cõtra Symmachum, Conſtantini aliorumque imperatorum perſequens laudes, eleganter explicauit,

Es actis S. Syluestri.

Denique pro meritis terreſtribus æqua rependens
Munera ſacricolis, ſummos impertit honores
Dux bonus, & certare ſinit cum laude ſuorum.

Item Leo ix. epiſtola aduerſus præſumptionem Michaelis cap. 13. demonſtrauit his verbis. Iuſtum quippè eſt, vt ibi gentes pro Chriſti nominis confeſſione colla flectant, vbi eorum doctor Sanctus Paulus apoſtolus, pro Chriſto, extenſo collo, martyrio coronatus eſt. Ac ibi proni, & humi proſtrati, cęleſtis regis Dei, & Saluatoris no-

ſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, vbi ſuperbi terreni regis ſeruiebant imperio. Sic æquum profectò eſt, vt ibi oſcula Romani Pontificis pedibus iaciant, vbi & olim Imperatoribus imprimebant. Eandem rem alio inſtituto, Paſchalius II. in Concilio Lateranenſi, vj. feria omnibus acclamantibus patribus, affirmauit, his verbis, vt Abbas Vrſpurgenſis eſt auctor. Eccleſia primitiua, martyrum tempore floruit apud Deum, & non apud homines; deinde ad finem conuerſi reges, imperatores, & Romani principes, matrem ſuam eccleſiam ſicuti boni filij honeſtauerunt, conferendo eccleſiæ Dei, prædia & allodia, ſeculares honores & dignitates, Regalia quoque iura, & inſignia, quemadmodum Conſtantinus cæterique fideles. Tunc cœpit eccleſia florere, tam apud Deum, quàm apud homines. Ergo ex his apertè colligimus, nihil temerè ſibi arrogaſſe Romanum Pontificem, vt hæretici conuiciantur. Qui tametſi his rationibus dimoueri non velint a propoſito, cùm contra religionis ſtudium vehementer obdurarint, aliunde tamen ſpero, eos eſſe reuincendos: Dummodo conſtet nihil referre, an hic cultus ſcriptis conſignatus ſit, vel ratione conſiſtat. Cum res

multæ,

multæ, teſte Tertulliano in militis corona, non tam ſcriptura, quàm ratione commendentur. At verò cum ſatis idonea probatio ſit, ex perenni obſeruatione, & multorum exemplis aliquid defendere; propterea ab vltima, vt aiunt, origine adgreſſus, hunc cultum, qui nunc Romano Pontifici defertur, non à Diocletiano, ſed potius ex ſacrorum hominum imitatione in eccleſiaſticum morem deductum, oſtendam.

Ex Chriſti Dei optimi maximi imitatione, pedum oſcula Eccleſiæ primati eſſe infixa. Cap. III.

PRIMVM apud Veteres Patres hanc conſuetudinem viguiſſe, vetus ſcriptura teſtatur. Cum quidam inter adorandum ſubmiſſi, terram genibus petebant, alij próni humum ſternebant, multi abiecti deprecabantur, nonnulli tādem veſtigia pedum principis, pro populi Dei ſalute exoſculari, fuerint polliciti: Sed ſi omnia exempla perpendamus quæ in ſacris biblijs leguntur, reperiemus haud dubiè, hunc cultum illis fuiſſe dela-

Geneſ. 33.43. & 44. 3. Regum 8. Idē 4. Regum cap 4. de Eliſeo aperte conſtat. Eſther ca. 13.

tum, qui vncti Domini, vel Chriſti Domini dicebantur: cùm regibus, prophetis, & ſacerdotibus conuenerit. Qua in re ſi me audire ſuſtinuerint contumaciſſimi homines, ex ſacroſancto Euangelio, ad quod nunquam non tanquàm ad ſupremum tribunal ſolent prouocare, hunc cultum deductum fuiſſe contendam. Primum apud Lucam cap. 7. de muliere peccatrice legi-
„ mus, & ſtans retro ſecus pedes eius, lachry-
„ mis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & vnguento vngebat. Stabat Maria cùm Chriſti pedibus obuolui non poſſet. Nam de more Chriſtus cum Apoſtolis, non perpetua menſa, ſed in eminentibus atque editis lectis ad menſam recumbebat, vt etiam hæc conſuetudo ex hominum conuictu ad ſacra penetraſſe videatur. Quid ad hanc Chriſtus? num repulit? num ob factum excluſit? aut eam amoliri permiſit? aut ſibi illum honorem iure delatum negauit? Audi quid hoſpiti, à quo ipſa rea criminis facta erat, Chriſtus re-
„ ſponderit. Vides inquit hanc mulierem?
„ intraui in domum tuam, aquam pedibus
„ meis non dediſti, hæc autem rigauit lachry
„ mis pedes meos, & capillis ſuis terſit, oſcu-
„ lum mihi non dediſti, cùm conſuetum eſ-

Plutarchus in conuiualibus V. Max. lib. 2.

ſet

ſet hoſpitibus ſuauium dare, & molliter collum inflectere, hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit pedes meos oſculari. Cuius rei gratia omnia peccata ei demiſſa ſunt, cùm multum dilexerit. Nam quæ maior poteſt eſſe dilectio? aut quo maiori argumento animi amorem teſtificari poterat, quàm cum oſculis pedes figeret, lachrymis inundaret, vnguento perduceret? *Act. 20.*

Præterea mulieres diuites, quæ Chriſto adhærebant, & de facultatibus ſuis ipſi miniſtrabant, inter quas & vxor regij procuratoris erat, vt ait Tertullianus lib. 4. in Marcionem, nonne ad Chriſtum accedentes, vt ait Matthæus cap. 28. Chriſti pedes tenuerunt, & adorauerunt eum? cuius facti rationem cùm Theophilactus inquireret, inquit, Διὰ ἐκεῖναι ἀπὸ τῆς πολλῆς περὶ αὐτὸν αἰδοῦς, καὶ τιμῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ κρατοῦσι; διὰ εὐλάβειαν μὴ τολμῶσαι ἄλλου μέρους τοῦ σώματος ἅψασθαι, εἰ μὴ τῶν ἐσχάτων μερῶν τοῦ σώματος αὐτοῦ. id eſt, quare illæ cum plurima reuerentia & honore Chriſtum colerent, eius pedes tenuerunt? quia ob ſummam reuerentiam, nullas alias corporis partes contingere ſunt auſæ, Cum pedes omnium partium corporis infimi ſint, atque extremi. Eas vero pedes Domi-

 ni

ri oſculis contigiſſe, eccleſia in hymno reſurrectionis teſtatur.

,, Illæ dum pergunt concitæ
,, Diſcipulis hoc dicere,
,, Videntes eum viuere,
,, Oſculantur pedes Domini.

Quæ cùm de Chriſto domino diuina, atque ſublimia cogitarent, ad amplexum admittuntur; Magdalena cùm viuentem cũ mortuis anxiè inter tumulos quæreret, à tactu repellitur. Noli, inquit, me tangere. Non potes, ait S. Maximus Taurinenſis, me corporis tenere complexibus, quem fidei imperfectione non tangis. Nondum enim aſcendi ad patrem, cum apud fidem tuam detinear in ſepulchro. Nam dum inter tumulos quæris, inter inferna ſcrutaris, ad patrem aſcendiſſe non credis. Etenim terrenis cogitationibus inhærebat Maria, cum potius Chriſti corpus ſublatum, quàm à mortuis excitatum crederet Cyrillus ſuper Ioannem lib. 12. cap. 48. nondum, inquit, reſurrectionis intellecto myſterio, varijs ſuſpitionibus agitatur mulier, tardior ad intelligendum ea, quæ rationem excedunt. Et cap. 50. vt inde, ait, regulam colligamus, immundos, à ſacrorum contactu arcendos eſſe. Ergo vt ad

Homil. de ſepul. dom Bernar. ſer. 28. in Cant.

noſtrum

noſtrum inſtitutum proximè accedamus, no'nne Chriſti exemplo Romanus Pontifex omnes eius pedibus circunfuſos ad oſcula pedum excipiet? atque etiam ſandalijs oſcula imprimere permittet? cum Chriſti loco in terris præpoſitus ſit, eius perſonam ſuſtineat, poteſtas ſumma remittendi peccata ei fuerit commiſſa, & tandem moderandi, & regendi vniuerſalem eccleſiam quaſi quædam habenæ traditæ, quibus ius dicere, ſententiam ferre, ligare, ſoluere in terra, & in cœlis poſſit? Qua de cauſa impulſus Innocentius III. lib. 2. Myſteriorum miſſæ cap. 37. operæ pretium arbitratur, Romani Pontificis pedibus amplexus oſculationemque deferri, his verbis. Cæterum, ait, ſubdiaconus, vel diaconus, non manus, ſed pedes Romani Pontificis oſculatur, vt ſummo Pontifici ſummam exhibeat reuerentiam, & eum illius oſtendat eſſe Vicarium, cuius pedes oſculabatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix: Adorandum eſt enim ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Cuius pedes tenentes mulieres, reſurgentem à mortuis adorauerunt.

Præterea apoſtolorum factum in exemplum trahi poteſt. Nam Matthæi cap. 28.

monijs explicauit? Quamobrem Siſinius epiſcopus in Græcia primus, ex Chriſti domini imitatione, pullam atratamque veſtem, qua omnes pœnitentiæ cauſa ornabantur, abiecit, candidam induit. Cum Chriſtus, vt ait Nicephorus huius rei author, lib. 12. cap. 36. candido ſplendidoque amiculo in transfiguratione amictus, refulxerit. Sic & alia multa in eccleſiaſticum ritum tranſlata ſunt. Vnde enim, vt ſenſum potius quàm verba Tertulliani lib. 5. aduerſus Marcionem complectar, mulieres viris debere eſse ſubiectas confirmat Paulus? quia vir caput eſt mulieris. Hoc planè vnde deducitur? quia Chriſtus caput eſt eccleſiæ. Propterea etiam nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet, ſicuti Chriſtus eccleſiam. Ergo ad ſui exemplar Chriſtus informat eccleſiam. Addit: Nemo non diligit imaginem ſponſæ? imò & ſeruabit illam, & honorabit, & coronabit, habet enim ſimilitudo cum veritatis honore conſortium. Ergo ſi Chriſti pedibus oſcula deferũtur, no'nne & eccleſiæ, quæ ſimilitudo eſt ſponſi, & caro de Chriſti carne? De qua cùm Eſaias cap. 60. vaticinetur, oſcula pedum ipſi infigenda prædixit. Et venient ad te curui filij eo-

Ca. 45. 49. & 60.

rum

rum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum. D. Proſper. lib. de promiſſionibus, & prædictionibus Dei, parte 3. promiſſione 33. hunc locum de regibus, qui eccleſiam Dei oppugnarunt, expoſuit. Et D. Auguſtinus de vnitate eccleſiæ cap. 7. qui reges non ſolum ad eius pedes ſe ipſos proſternere debent, verum etiam puluerem lingere, adorare veſtigia, baſiare, & cultus gratia ſoleas ad oſculum referre. Quot Otton Phriſingenſis lib. 4. in prologo interpretatur his verbis: Vt co- » gnoſcamus non fortuitis caſibus, ſed Dei » profundiſſimis ac iuſtiſſimis iudicijs id fa- » ctum, vide pridie latitantem ac quemlibet » infimæ conditionis virum fugientem, in » breui tantæ authoritatis fieri, vt de regibus » iudicet. Vide tantæ à ſæculo venerationis » haberi, vt veniant curui, veſtigiaque pedũ » eius in ſolio ſedentis, adorent orbis Do- » mini.

Præterea Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, in epiſtola ad Nicolaum Pontificem huius nominis primum, hunc adorandi ritum, venerabilium Pontificis maximi pedum fruitionem appellauit. Διὸ δεῖ καὶ τὴν ὑμετέραν πολυέραστον μακαριότητα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας ἐν πᾶσι φρον-

τίζουσαν,

τίζουσαν, καὶ τῆς κανονικῆς ἀντεχομένην εὐθύτητος τοὺς ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν ἐντεῦθεν ἀπαίροντας μὴ ὡς ἔτυχεν ἀποδέχεσθαι, μὴ δὲ φιλοξενίας προσχήματι μισαδελφίας παραχωρεῖν καταβάλλεσθαι σπέρματα. τὸ μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην πρὸς τὴν ὑμῶν πατρικὴν ὁσιότητα τοὺς βουλομένους παραγίνεσθαι, καὶ τῶν τιμίων αὐτῆς ἀπολαύειν ἰχνῶν τοῦτο λίαν ἡμῖν προσφιλὲς καὶ πρὸ πολλῶν ἄλλων τιμώμενον, τὸ δὲ χωρὶς τῆς ἡμετέρας εἰδήσεως, καὶ συστατικῶν γραμμάτων ἄνευ. id eſt. Quo circa & oportet veſtram, omnibus quam gratiſſimam beatitudinem, quæ optimum ordinem eccleſiaſticum vbique curare, & canonum rectitudinem cuſtodire debet, præcaiſſe, ne aliqui hinc abſque literis commendatitijs, ad eccleſiam Romanam accedentes, familiariter ſuſcipiantur, neve ſub hoſpitalitatis ſpecie inimicitiarum ſemina diffundât. quod ſi quilibet noſtrum ad tuam paternam ſanctitatem proficiſci, & tuis venerabilibus pedum veſtigijs frui voluerit, mihi quam maxime iucundum erit, imo præ alijs omnibus rebus decorum, ſine noſtro conſenſu, & abſque commendatitijs litteris non item. hæc Photius quid autem eſt. veſtigijs ſiue calceis frui, niſi pedibus ſum-

mi

mis ſacerdotis aduolui, eos cum benedi-ctione oſculari, & ibi ſumma cum animi pietate defixis oſculis inhærere. Sed hæc iſtis delicatulis ſtomachũ faciunt, qui diui norum numinum cõtemptores cùm ſint, in eas diras imprecationes incurrent, quas idem propheta ob neglectam religionem violatoribus imprecatur. Gens, inquit, *Eſaias 60.* quæ non ſeruierit tibi, peribit, & gentes in ſolitudine vaſtabuntur. Hieronymus, Gen„ tes & reges eorum, qui eccleſiæ ſeruire no„ luerint, bonam & vtilem ſeruitutem, vt in„ apoſtolicam transferant dignitatem, peri„ bunt ea perditione, quæ impijs præparata„ eſt. Paululùm ſiſte, eaque verba perpende {in apoſtolicam dignitatem} vt inde agnoſcas hæreticorum peruicaciam, qua apoſtolicæ dignitati detrahere, & eius poteſtati derogare contendunt, cum maxima atque funeſta eorum calamitate eſſe coniunctam; hinc acerba, atque diuturna bella verſata ſunt, hinc clades, rapinæ, incendia ſequuntur, vt quorſum tanta vaſtitas eruptura ſit, ignoremus.

meos, & Pſal. 46. ſubiecit populos nobis, gentes ſub pedibus nobis. Quod Aurelius, Prudentius ſub Fidei,& Idololatriç perſonis eleganter expreſſit in Pſychomachia, his carminibus.

„ Ecce laceſſentem collatis viribus audet,
„ Prima ferire Fidem veterum cultura deorum.
„ Illa hoſtile caput, phalerataque tempora vittis
„ Altior inſurgens labefactat,& ora cruore
„ De pecudum ſatiata ſolo applicat, & pede calcat
„ Eliſos in mortem oculos, animamque malignam
„ Fructu intercepti commercia gutturis arctant,
„ Difficilemque obitum ſuſpiria longa fatigant:
„ Exultat victrix legio, quam mille coactam
„ Martyribus regina Fides animarat in hoſtem

Quam planè poteſtatem Apoſtoli à Chri„ſto domino acceperunt, vt Lucas cap. 10. „teſtatur, Ecce, inquit, dedi vobis poteſtatē „calcandi ſuper ſerpentes,ſcorpiones,& om

nem

nem poteſtatem inimici; adeo vt ea authoritate functi regna ſublimia expugnarint, depreſſerint, vicerint. Humiliata eſt, inquit ,, Eſaias, ſublimis ciuitas, calcauit eam pes ,, pedum pauperum, greſsus egenorum. ,, Rabbi Solomon, Romam & Italiam protriuiſſe Meſſiam, illiusque poteſtatem depuliſse, confirmat. Cui interpretationi ſubſcripſit Galatinus lib. 4. de Arcanis catholicæ veritatis cap. 27. his verbis, Tunc ,, enim pes pedũ pauperis, id eſt regis Meſ- ,, ſiæ Romam atq; Italiam humiliauit, cùm ,, ſublimitas Romani Imperij cœlum penè ,, tangens, iugo chriſtianæ fidei humiliter ,, collum ſubmiſit, vſq; ad pauperum, & hu ,, milium Chriſti vices gerentium pedum o- ,, ſcula. Nec immerito: nam omnes populi in tantam eorum admirationem, ne dicam ſtuporem, traducti ſunt, tanta animi pietate gregis dominici corypheos, & dominos coluerunt, vt ad eos accedere, & niſi extremas corporis partes contingere non auderent, Qua de cauſa prætia eorum quæ vendebantur, non ad manus conferre, ſed ad pedes proijcere conſueuerant. Vt Theophilactus in actis apoſtolicis, explicans ea uerba, Cap. 4. { & allata pretia rerum quæ uendebantur } inquit, τοῦτο τὴν πολλὴν τιμὴν καὶ

,, εὐλάβειαν τῶν προσαγόντων δηλοῖ. ὅτι οὐδὲ εἰς
,, τὰς χεῖρας ἐτόλμων δοῦναι. ἀλλὰ παρὰ τοὺς
,, πόδας ἐτίθουν. αὐτοὺς κυρίους καὶ οἰκονόμους
,, ποιοῦντες. id eſt, hoc magnum honorem,
,, & reuerentiam, & religionem apportan-
,, tium ſignificat: quod ne in manus quidem
,, tradere audebant, ſed iuxta pedes eorum
,, ponebant, illos dominos, & diſpenſatores
efficientes. Quam rem Romano pontifici
„ conuenire, exemplo apoſtolorum, Innocen
tius tertius, lib. 11. Myſteriorum miſſæ cap.
,, 37. confirmat his verbis. Generaliter nemo
,, debet manus ſummi pontificis oſculari, ni
,, ſi cum de manibus eius aliquid accipit, &
,, ad manus eius aliquid tribuit, ut oſtenda-
,, tur, quod de vtroq; debemus ei gratias exhi
,, bere. Quia ſicuti dat propria, ſic nunquam
,, recipit aliena. Ipſe vero pontifex, præter ob
,, lationem panis, nullam aliam oblationem
,, manibus tangit, niſi quæ pro defunctis of-
,, fertur. Quam ideo manibus accipit, vt eo
,, rum ſugillet errorem, qui dogmatizant
,, eleemoſynas non ualere defunctis. Cæteras
,, autem oblationes ad pedes accipit, propter
,, illud, quod in actibus apoſtolorum habe-
,, tur, quoniam adferebant pretia eorum, quę
,, vendebantur, & ponebant ante pedes apo-
,, ſtolorum. Vides ergo veterem morem hac

con-

conſuetudine confirmatum. Cum rationi conſentaneum ſit, eos qui eandem gerunt perſonam, ſimili ritu, & reuerentia coli.

Præterea Stephanus cuſtos carceris, cum terremotu concuti omnia ſentiret, cum viam vitę a Paulo & Sylla poſtularet, ad eorum pedes procubuit, Actorum ca. 16. atq; ad veſtigia, deprecans miſericordiam, iacuit: quin eum apoſtoli prohiberent, aut eius factum vituperarent. Sic etiam Cornelius centurio ad pedes apoſtoli venerationis cauſa corruit. Qui tametſi prohibitus eſſe uideatur, non quidem fuit ab ea adoratione, quæ Petro iurę debebatur, ſed potius obſtitit apoſtolus, ne in ea re perſiſteret, quæ poterat eſſe occaſioni ut in impietatem laberetur. Quod ſanè ex ipſomet contextu, vel ipſiſſimi hæretici, qui hoc exemplo nos oppugnant, poterunt etiam inuite animaduertere: prius Cornelium occurriſſe, deinde ſtratum ad pedes, tum ab apoſtolo ſubleuatum, eiq; ex animo errorem ereptum, quo ſibi perſuaſerat Petrum deū eſſe. *συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας, προσεκύνησεν. ὁ δὲ πέτρος, αὐτὸν ἤγειρε λέγων. ἀνάστηθι κ᾽ἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπος εἰμί.* Ergo ipſe ruenti ad pedes non obſtitit Petrus, ſed per errorem

Act. ca. 10.

ri oſculis contigiſſe, eccleſia in hymno re-ſurrectionis teſtatur.

,, Illæ dum pergunt concitæ
,, Diſcipulis hoc dicere,
,, Videntes eum viuere,
,, Oſculantur pedes Domini.

Quæ cùm de Chriſto domino diuina, atque ſublimia cogitarent, ad amplexum admittuntur; Magdalena cùm viuentem cũ mortuis anxiè inter tumulos quæreret, à tactu repellitur. Noli, inquit, me tangere. Non potes, ait S. Maximus Taurinenſis, me corporis tenere complexibus, quem fidei imperfectione non tangis. Nondum enim aſcendi ad patrem, cum apud fidem tuam detinear in ſepulchro. Nam dum inter tumulos quæris, inter inferna ſcrutaris, ad patrem aſcendiſſe non credis. Etenim terrenis cogitationibus inhærebat Maria, cum potius Chriſti corpus ſublatum, quàm à mortuis excitatum crederet Cyrillus ſuper Ioannem lib. 12. cap. 48. nondum, inquit, reſurrectionis intellecto myſterio, varijs ſuſpitionibus agitatur mulier, tardior ad intelligendum ea, quæ rationem excedunt. Et cap. 50. vt inde, ait, regulam colligamus, immundos, à ſacrorum contactu arcendos eſſe. Ergo vt ad

Homil. de ſepul. dom Bernar. ſer. 28. in Cant.

noſtrum

noſtrum inſtitutum proximè accedamus, no'nne Chriſti exemplo Romanus Pontifex omnes eius pedibus circunfuſos ad oſcula pedum excipiet? atque etiam ſandalijs oſcula imprimere permittet? cum Chriſti loco in terris præpoſitus ſit, eius perſonam ſuſtineat, poteſtas ſumma remittendi peccata ei fuerit commiſſa, & tandem moderandi, & regendi vniuerſalem eccleſiam quaſi quædam habenæ traditæ, quibus ius dicere, ſententiam ferre, ligare, ſoluere in terra, & in cœlis poſſit? Qua de cauſa impulſus Innocentius III. lib. 2. Myſteriorum miſſæ cap. 37. operæ pretium arbitratur, Romani Pontificis pedibus amplexus oſculationemque deferri, his verbis. Cæterum, ait, ſubdiaconus, vel diaconus, non manus, ſed pedes Romani Pontificis oſculatur, vt ſummo Pontifici ſummam exhibeat reuerentiam, & eum illius oſtendat eſſe Vicarium, cuius pedes oſculabatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix: Adorandum eſt enim ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Cuius pedes tenentes mulieres, reſurgentem à mortuis adorauerunt.

Præterea apoſtolorum factum in exemplum trahi poteſt. Nam Matthæi cap. 28.

legimus, καὶ ἰδόντες αὐτὸν, προσεκύνησαν αὐτῷ. Apoſtolos videntes Dominum, eum adoraſſe. Supplices enim palmas protendebant, & genibus humum petebant, Chriſti pedibus obuoluti. Et Lucas 24. καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, id eſt & ipſi adorantes eum, reuerſi ſunt. Beda in huius loci explicatione affirmat, ipſos locum, vbi poſtremo inſtiterant diuina veſtigia, qui diuinis plantis erat impreſſus, vt ait Sulpitius lib. 2. hiſtoriæ ſacræ, religioſiſſimè coluiſſe. Nec mirum: ſi enim, teſte Ambroſio in epiſtola ad Marcellinam, oſculis Chriſtiani ruunt in altaria, & limina eccleſiæ oſculis, pietatis cauſa, petunt; quis poterit negare apoſtolos Chriſti pedes, & locum plantis ſignatum, oſculis minimè contigiſſe? quis inficiari, eodem pacto adorandos non eſſe diuinos maximosque ſacerdotes? cùm ſpiritus ſancti templa ſint, & vberrimi fontes gratiarum, quæ per eorum manus in vos omnes diffunduntur?

Deinde Ioannes cùm ſe tanquam indignum eleuaret, vt Chriſti calceos procumbens exuere, tantum abeſt quod βαστάσαι portare, id eſt, poſtquam detraxerit, pedibus ſuis induere, & deferre poſſet, nos profecto admonuit, vt ſupplices Romani Pon-

Matth. 3.

tificis pedibus prouoluti, eos oſculis petere⁻mus. Quod Innocentius III. lib. 2. Myſteriorum miſſæ cap. 30. his confirmat verbis: Quod autem ſubdiaconus cum acolutho ad epiſcopum accedit, illud inſinuat, quod Ioannes cum audiſſet in vinculis opera Chriſti, duos ex diſcipulis ſuis miſit. Quia vero dextera Domini fecit virtutem, ideo ſubdiaconus exoſculatur dexteram, quia verò per viſa miracula cognouit, hunc eſſe, de quo magiſter prædixerat, qui poſt me venit, ante me factus eſt, cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere, pronus ad pedes, calciamentum Romani Pontificis oſculatur.

Hæc omnia huc redeunt, vt ex Chriſti exemplo hanc conſuetudinem deductam fuiſse confirmemus: Atque exinde conſtet, quemadmodum multa præcepta, ſemina præceptorum, argumenta, & exempla ex Chriſti imitatione in eccleſiæ morem penetrarunt: ſic hunc cultum ad Romanos Pontifices permanaſse. Etenim ſacerdotum veſtitus, ceremoniæ, ſtatæ ſolemnitates, ritus, vnde quæſo in eccleſiam introducta ſunt? no'nne ex Chriſti exemplo, & authoritate ſumpta, vt Carolus magnus epiſtola de ritibus veteris eccleſiæ, & cere-

monijs explicauit? Quamobrem Siſinius epiſcopus in Græcia primus, ex Chriſti domini imitatione, pullam atratamque veſtem, qua omnes pœnitentiæ cauſa ornabantur, abiecit, candidam induit. Cum Chriſtus, vt ait Nicephorus huius rei author, lib. 12. cap. 36. candido ſplendidoque amiculo in transfiguratione amictus, refulxerit. Sic & alia multa in eccleſiaſticum ritum tranſlata ſunt. Vnde enim, vt ſenſum potius quàm verba Tertulliani lib. 5. aduerſus Marcionem complectar, mulieres viris debere eſse ſubiectas confirmat Paulus? quia vir caput eſt mulieris. Hoc planè vnde deducitur? quia Chriſtus caput eſt eccleſiæ. Propterea etiam nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet, ſicuti Chriſtus eccleſiam. Ergo ad ſui exemplar Chriſtus informat eccleſiam. Addit: Nemo non diligit imaginem ſponſæ? imò & ſeruabit illam, & honorabit, & coronabit, habet enim ſimilitudo cum veritatis honore conſortium. Ergo ſi Chriſti pedibus oſcula deferũtur, nónne & eccleſiæ, quæ ſimilitudo eſt ſponſi, & caro de Chriſti carne? De qua cùm Eſaias cap. 60. vaticinetur, oſcula pedum ipſi infigenda prædixit. Et venient ad te curui filij eo-

Ca. 45. 49. & 60.

rum

rum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum. D. Proſper. lib. de promiſſionibus, & prædictionibus Dei, parte 3. promiſſione 33. hunc locum de regibus, qui eccleſiam Dei oppugnarunt, expoſuit. Et D. Auguſtinus de vnitate eccleſiæ cap. 7. qui reges non ſolum ad eius pedes ſe ipſos proſternere debent, verum etiam puluerem lingere, adorare veſtigia, baſiare, & cultus gratia ſoleas ad oſculum referre. Quot Otton Phriſingenſis lib. 4. in prologo interpretatur his verbis: Vt co- » gnoſcamus non fortuitis caſibus, ſed Dei » profundiſſimis ac iuſtiſſimis iudicijs id fa- » ctum, vide pridie latrantem ac quemlibet » infimæ conditionis virum fugientem, in » breui tantæ authoritatis fieri, vt de regibus » iudicet. Vide tantæ à ſæculo venerationis » haberi, vt veniant curui, veſtigiaque pedũ » eius in ſolio ſedentis, adorent orbis Do- » mini.

Præterea Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, in epiſtola ad Nicolaum Pontificem huius nominis primum, hunc adorandi ritum, venerabilium Pontificis maximi pedum fruitionem appellauit. *Διὸ δεῖ καὶ τὴν ὑμετέραν πολυέραστον μακαριότητα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας ἐν πᾶσι φροντίζουσαν,*

πίζουσαν, καὶ τῆς κανονικῆς ἀντεχομένην εὐθύτητος τοὺς ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν ἐντεῦθεν ἀπαίροντας μὴ ὡς ἔτυχεν ὑποδέχεσθαι, μὴ δὲ φιλοξενίας προσχήματι μισαδελφίας παραχορεῖν καταβάλλεσθαι σπέρματα. τὸ μὲν γὰρ καθεκάστην πρὸς τὴν ὑμῶν πατρικὴν ὁσιότητα τοὺς βουλομένους παραγίνεσθαι, καὶ τῶν τιμίων αὐτῆς ἀπολαύειν ἰχνῶν τοῦτο λίαν ἡμῖν προσφιλὲς καὶ πρὸ πολλῶν ἄλλων τιμώμενον, τὸ δὲ χωρὶς τῆς ἡμετέρας εἰδήσεως, καὶ συστατικῶν γραμμάτων ἄνευ. id eſt. Quo circa & oportet veſtram, omnibus quam gratiſſimam beatitudinem, quæ optimum ordinem eccleſiaſticum vbique curare, & canonum rectitudinem cuſtodire debet, præcauiſſe, ne aliqui hinc abſque literis commendatitijs, ad eccleſiam Romanam accedentes, familiariter ſuſcipiantur, neve ſub hoſpitalitatis ſpecie inimicitiarum ſemina diffundãt. quod ſi quilibet noſtrum ad tuam paternam ſanctitatem proficiſci, & tuis venerabilibus pedum veſtigijs frui voluerit, mihi quam maxime iucundum erit, imo præ alijs omnibus rebus decorum, ſine noſtro conſenſu, & abſque commendatitijs litteris non item. hæc Photius quid autem eſt veſtigijs ſiue calceis frui, niſi pedibus ſum-

mis ſacerdotis aduolui, eos cum benedictione oſculari, & ibi ſumma cum animi pietate defixis oſculis inhærere. Sed hæc iſtis delicatulis ſtomachũ faciunt, qui diuinorum numinum cõtemptores cùm ſint, in eas diras imprecationes incurrent, quas idem propheta ob neglectam religionem violatoribus imprecatur. Gens, inquit, quæ non ſeruierit tibi, peribit, & gentes in ſolitudine vaſtabuntur. *Eſaias 60.* Hieronymus, Gen„tes & reges eorum, qui eccleſiæ ſeruire no„luerint, bonam & vtilem ſeruitutem, vt in „apoſtolicam transferant dignitatem, peri„bunt ea perditione, quæ impijs præparata „eſt. Paululùm ſiſte, eaque verba perpende {in apoſtolicam dignitatem} vt inde agnoſcas hæreticorum peruicaciam, qua apoſtolicæ dignitati detrahere, & eius poteſtati derogare contendunt, cum maxima atque funeſta eorum calamitate eſſe coniunctam; hinc acerba, atque diuturna bella verſata ſunt, hinc clades, rapinæ, incendia ſequuntur, vt quorſum tanta vaſtitas eruptura ſit, ignoremus.

Apoſtolis

Apoſtolis cultum hunc delatum, & ab ipſis in alios epiſcopos, quaſi per manus deductum fuiſſe.
Caput IIII.

EX his quæ ſatis diffuſè docuimus facilè colligitur, Chriſto ſuapte natura adorationis cultum competere, eccleſiæ verò, & eius optimatibus, ob grauiſſimam perſonam quam à Chriſto domino ſuſceperunt. Quæ adeò erat inſignis, vt eius cauſa, apoſtoli principatum in Chriſti regno tenerent, miracula ederent, & repugnanter ſpiritui ſancto vel ſolo ver
Ioann. bo coercerent. καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδω-
17. κάς μοι, δέδωκα ἀυτοῖς. ego gloriam quam dedit mihi pater, dedi eis, qua tanto honore ab omnibus dignati ſunt, vt non ſolum eorum nomen inſigne in omnes gentes peruagarit, ſed etiam ipſi primitias ſpiritus ſancti habentes, Chriſti functi poteſtate regnarint. Oportet, ait Paulus 1. ad
,, Corinth. 15. Chriſtum regnare donec po-
,, nat inimicos ſub pedibus eius. Cùm au-
,, tem ſubiecta fuerint ei omnia, tūc & filius ſubiectus erit ei, qui ſibi omnia ſubiecit.

Ioannes Chryſoſt. tom. 5. hunc locum ele gantiſſima homilia explicauit, ſubiectus erit filius, id eſt eccleſia Deo patri, qui omnia ei ſubiecit. cùm probabile non ſit, Paulum his verbis, Chriſtum dominum intelligere voluiſſe, cum nunquam patri reluctetur, ſed quicquid patitur eccleſia, refertur in Chriſtum, & qui veneratus eſt eccleſiam, veneratus eſt Chriſtum. Sic Tertullianus, cum te, ait, ad fratrum genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras. Ergo cum locus Pauli eccleſiæ poteſtatem exprimat, merito reluctantes & contumaces hoſtes pedibus trahet, commi nuet, proteret: atque ſub ſua poteſtate ſubditas nationes coercebit, donec veneraturi, pro eius dominatione, & dignitate manus protendant, & veſtigijs oſcula iaciant. Quos omnes ſua authoritate confringit, & conterit eccleſia, vel glutiens in ſua membra conuertit, quia primo prædicatori dictum eſt, occide & mãduca. Tunc mactat Petrus, cum impiorum reprimit conatus, gladij pœna tranſuerberat, & colla furore tangentia pedibus contundit, & comprimit. Vt illa oracula firmiſſima euadant. Pſal. 17. confringam inimicos meos, nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos,

Hiero. in 1. c. lamenta. Augu. Pſ. 30.

meos, & Pſal. 46. ſubiecit populos nobis, gentes ſub pedibus nobis. Quod Aurelius, Prudentius ſub Fidei,& Idololatriç perſonis eleganter expreſſit in Pſychomachia, his carminibus.

,, Ecce laceſſentem collatis viribus audet,
,, Prima ferire Fidem veterum cultura deorum.
,, Illa hoſtile caput, phalerataque tempora vittis
,, Altior inſurgens labefactat,& ora cruore
,, De pecudum ſatiata ſolo applicat, & pede calcat
,, Eliſos in mortem oculos, animamque malignam
,, Fructu intercepti commercia gutturis arctant,
,, Difficilemque obitum ſuſpiria longa fatigant:
,, Exultat victrix legio, quam mille coactam
,, Martyribus regina Fides animarat in hoſtem

Quam planè poteſtatem Apoſtoli à Chri-
,, ſto domino acceperunt, vt Lucas cap. 10.
,, teſtatur, Ecce, inquit, dedi vobis poteſtatē
,, calcandi ſuper ſerpentes,ſcorpiones,& om

nēm

nem poteſtatem inimici: adeo vt ea authoritate functi regna ſublimia expugnarint, depreſſerint, vicerint. Humiliata eſt, inquit, „ Eſaias, ſublimis ciuitas, calcauit eam pes „ pedum pauperum, greſsus egenorum. „ Rabbi Solomon, Romam & Italiam protriuiſſe Meſſiam, illiusque poteſtatem depuliſse, confirmat. Cui interpretationi ſubſcripſit Galatinus lib. 4. de Arcanis catholicæ veritatis cap. 27. his verbis, Tunc „ enim pes pedũ pauperis, id eſt regis Meſ- „ ſiæ Romam atq; Italiam humiliauit, cùm „ ſublimitas Romani Imperij cœlum penè „ tangens, iugo chriſtianæ fidei humiliter „ collum ſubmiſit, vſq; ad pauperum, & hu „ milium Chriſti vices gerentium pedum o- „ ſcula. Nec immerito: nam omnes populi in tantam eorum admirationem, ne dicam ſtuporem, traducti ſunt, tanta animi pietate gregis dominici corypheos, & dominos coluerunt, vt ad eos accedere, & niſi extremas corporis partes contingere non auderent, Qua de cauſa prætia eorum quæ vendebantur, non ad manus conferre, ſed ad pedes proijcere conſueuerant. Vt Theophilactus in actis apoſtolicis, explicans ea uerba, *Cap.4.* { & allata pretia rerum quæ uendebantur } inquit, τοῦτο τὴν πολλὴν τιμὴν καὶ

C εὐλά-

,, εὐλάβειαν τῶν προσαγόντων δηλοῖ. ὅτι οὐδὲ εἰς
,, τὰς χεῖρας ἐτόλμων δοῦναι. ἀλλὰ παρὰ τοὺς
,, πόδας ἐτίθουν· ὡς τοὺς κυρίους καὶ οἰκονόμους
,, ποιοῦντες. id eſt, hoc magnum honorem,
,, & reuerentiam, & religionem apportan-
,, tium ſignificat: quod ne in manus quidem
,, tradere audebant, ſed iuxta pedes eorum
,, ponebant, illos dominos, & diſpenſatores
efficientes. Quam rem Romano pontifici
conuenire, exemplo apoſtolorum, Innocen
tius tertius, lib. II. Myſteriorum miſſæ cap.
,, 37. confirmat his verbis. Generaliter nemo
,, debet manus ſummi pontificis oſculari, ni
,, ſi cum de manibus eius aliquid accipit, &
,, ad manus eius aliquid tribuit, ut oſtenda-
,, tur, quod de vtroq; debemus ei gratias exhi
,, bere. Quia ſicuti dat propria, ſic nunquam
,, recipit aliena. Ipſe vero pontifex, præter ob
,, lationem panis, nullam aliam oblationem
,, manibus tangit, niſi quæ pro defunctis of-
,, fertur. Quam ideo manibus accipit, vt eo
,, rum ſugillet errorem, qui dogmatizant
,, eleemoſynas non ualere defunctis. Cæteras
,, autem oblationes ad pedes accipit, propter
,, illud, quod in actibus apoſtolorum habe-
,, tur, quoniam adferebant pretia eorum, quę
,, vendebantur, & ponebant ante pedes apo-
,, ſtolorum. Vides ergo veterem morem hac

con-

conſuetudine confirmatum. Cum rationi conſentaneum ſit, eos qui eandem gerunt perſonam, ſimili ritu, & reuerentia coli.

Præterea Stephanus cuſtos carceris, cum terremotu concuti omnia ſentiret, cum viam vitę a Paulo & Sylla poſtularet, ad eorum pedes procubuit, Actorum ca. 16. atq; ad veſtigia, deprecans miſericordiam, iacuit: quin eum apoſtoli prohiberent, aut eius factum vituperarent. *Sic* etiam Cornelius centurio ad pedes apoſtoli venerationis cauſa corruit. Qui tametſi prohibitus eſſe uideatur, non quidem fuit ab ea adoratione, quæ Petro iurę debebatur, ſed potius obſtitit apoſtolus, ne in ea re perſiſteret, quæ poterat eſſe occaſioni ut in impietatem laberetur. Quod ſanè ex ipſomet contextu, vel ipſiſſimi hæretici, qui hoc exemplo nos oppugnant, poterunt etiam inuite animaduertere: prius Cornelium occurriſſe, deinde ſtratum ad pedes, tum ab apoſtolo ſubleuatum, eiq; ex animo errorem ereptum, quo ſibi perſuaſerat Petrum deū eſſe. *συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας, προσεκύνησεν. ὁ δὲ πέτρος, αὐτὸν ἤγειρε λέγων. ἀνάστηθι κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπος εἰμί.* Ergo ipſe ruenti ad pedes non obſtitit Petrus, ſed per errorem

Act. ca. 10.

eum honorem ſibi deferentem erexit humo. Surge ne feceris, & ego ipſe homo ſum. Paulus etiam, Act. 16. vociferabatur Lyſtris, nos homines ſumus, ut à ſacrificio turbas cohiberent. Theophilactus ait, Petrum hoc facto alios docuiſſe μηδὲν μέγα περὶ ἑαυτῶν φαντάζεσθαι. ne quid maius quàm par eſſet, de ipſis apoſtolis animo conciperent, atque cogitarent. Sed de hac re copioſius cap. ultimo.

Ad hęc ca. 14. Paulo lapidibus penè occiſo, atq; eiecto, cum ipſe iterum in vrbem ingredi uoluiſſet, pedibus circunfuſi diſcipuli obſtiterunt. Id enim κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν.
,, Et in noſtra vulgata, circundantibus autem diſcipulis, circunfuſos pedibus diſcipulos ei repugnaſse intelligimus. Sed hæc quidem priuata vnius vel alterius hominis geſtà ſunt. At uero cum in fines terræ apoſtoli Petri fama emanauit, tunc omnes gentes
,, eum adorare cæperunt, teſte Auguſtino
,, tom. 10. Ser. 25, itaq;, inquit, quis iam de-
,, ſperet de magnitudine criminis, aut de hu-
,, militate generis? nam beatum Petrum pi-
,, ſcatorem, modo genibus prouolutis, ado-
,, rat gentium multitudo credentium. Clemens Romanus ad Petri ueſtigia uolutatus, obnixè repugnabat, ne ſibi tantam, &

Epiſtola 1. ad

tam

tam grauem curam committeret. Mulieres in inſula Ancharadi ante pedes Petri proſtratę, eos oſculis petebãt. Mulier quam Petrus ſanitati reſtituit, cum ſe omni morbo ſolutam ſentiret, ad eius pedes cecidit, referens gratias. Sexcenta eiuſcemodi extant exempla, apud Abdiam Babilonicum, qui & ſi inter claſſicos authores enumerari non debet, tamen vt vetuſtiſſimum ritum oſtendamus, ſatis per ſe authoritatis habere hominem exiſtimo. hic igitur lib. I I I. ait, Myrmidones, & Philippenſes ſe ad pedes Andreæ demiſiſſe, remiſſionem delicti petentes, & viam vitæ poſtulantes. Sic proconſul pedibus eiuſdem apoſtoli prouolutus, exorabat ne ſe terra dehiſceret. Ad hæc cum iterum Patras rediret Andreas, & oculos cœcorum aperuiſſet, ipſi procidentes, eius pedes oſculis contigerunt. Augarus Edeſſenorum rex, teſte Nicephoro lib. I I. cap. 7. cum Thadeum ex ordine ſeptuaginta diſcipulorum perſpexiſſet, in omnium primatiorum conſpectu, humi procumbens veneratus eſt.

Iacobũ fratrem domini

Sed cum a Petro & apoſtolis ſpiritualis poteſtas in epiſcopos effluxiſſet, & inde in alios permanaſſet, hos gentes quandoq; pari cum illis cultu, & honore, dignatæ

ſunt. Primùm agnoſcebant in epiſcopos diuinum ſpiritum redundaſſe, qui, continuata ſérie, per longa tempora, in dei eccleſia ad prophetandum, & miracula edenda permanſit. Quare non ſolùm epiſcopis, vt eccleſiæ magiſtratibus obtemperarunt, ſed etiam eoſdem vt ſanctos religioſiſſimè coluerunt. Martinus qui inter tot epiſcopos Maximi Imperatoris adulatores, ſolus, apoſtolicam dignitatem retinuit, vt ait Sulpitius lib. I. maxima exiſtimatione & honore dignus eſt habitus, vt Valerianus imperator ab igne excuſſus, pedes ſanctiſſimi viri penè oſculis peteret. De quo presbyter Fortunatus lib. III.

,, Hinc celeri exilijt rapiẽs ſe Cęſar, & ardẽs,
,, Martini genua amplectens, pedibusq; volutans,
,, Sicq; ſuperbum hominẽ ſe agnoſcere pęna coegit,
,, Vilia regna probans, & celſa cacumina curuans,
,, Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens. & paulo poſt.
,, Nec regina pedes ceſſat lachrimoſa rigare,
,, Sternens membra ſolo, ſuſpendens gaudia uoto.

Quod

Quod quàm ſit rationi conſentaneum, ut principes gentium epiſcopos religiosè colant, confirmat egregio teſtimonio S. Paulinus Nolanus in uita B. Ambroſij, ubi Theodoſium, poſt partam victoriam, pedibus epiſcopi prouolutum, ei gratias egiſſe refert. Quaſi ab ipſo ſacerdote victoriam ferret acceptam. Cuius principis tanta fuit humilitas, ut Amphilochij epiſcopi ad pedes ſtratus, teſte Nicephoro lib. 12. cap. 9. ab eo veniam deprecaretur. Eudoxia etiam, Theodoſium iuniorem, Chriſoſtomi genibus, admouit. Conſtantinus magnus, mutila epiſcoporum membra, & vulnerum cicatrices oſculabatur, vt ex huiuſmodi oſculis, teſte Zonara, gratiam dei promereretur. Siſenandus rex Hiſpaniæ ad concilium 4. „ Toletanum cum clariſſimis & nobiliſſimis „ viris ingreſſus, coram ſacerdotibus dei hu- „ mi proſtratus, cum lachrymis & gemi- „ tibus, pro ſe interueniendum domino po- „ ſtulauit. Nec abs re. Cum in vetuſtiſſimo có „ dice ordinis diui Benedicti (de moribus ecclesiæ eſſe ait Leo de Caſtro in doctiſſimis commentarijs Eſaiæ cap. 49.) legamus, olim reges Hiſpanię cum adirent epiſcoporum ſynodum, procumbere ſolitos toto corpore terra, ante ipſos epiſcopos, & terram

oſculari. Neq; prius ſe attollere humo, quam hi ſuis ſedibus ſurgerent; & reges, eorum pedibus circunfuſos, brachijs attollerent, & in cella regia pro dignitate collocarent. Ad hæc Seuerus Sulpitius lib. 11. dialogorum ait. Cum vnum in locum ego & Gallus noſter conueniſſemus, vir mihi propter Martini memoriam, ex illius enim diſcipulis erat, & propter ſua merita cariſſimus, interuenit nobis Poſtumianus. Complexi ſumus hominem amantiſſimum, exoſculatiq; genua, & pedes eius. Item Nicolai Myreæ pedes (antequàm ipſe eccleſiæ gubernacula tractaret) uir ille, in cuius ædes magnam uim auri coniecerat, oſculis (vt ait Metaphraſtes cap. 6.) fatigauit. Tandem fœminis ſanctiſſimis hic honor delatus eſt. Nam Febronia, ut Tholomaides ſcribit, ad Hieriæ pedes, quam monialē exiſtimauit, ſe deiecit, & humi proiecta venerata eſt. Infiniti penè ſunt authores, quos laudare in noſtræ conſuetudinis commendationem potuiſſem, quam qui attentè patrum res geſtas legerit, facilè agnoſcet, hanc conſuetudinem maximè in eccleſia dei viguiſſe, cum teſte Tertulliano lib. 2. ad vxorem, multi ad oſculanda vincula martyrum accedere, ſanctorum pedibus aquam offerre,

Lipomanus.

eorum ſepulchris aduolui, Eccleſiæ pauimentis oſculationes infigere conſueuerint.

Quem morem Prudentius Hymno I I. Periſtephanon retulit, & hanc, quam nos ſæpiſſime in Eccleſijs martyrum conſuetudinem retinemus, ad viuum expreſſit.

Ipſa, & ſenatus lumina ,,
Quondam luperci, & Flamines ,,
Apoſtolorum, & Martyrum ,,
Exoſculantur limina. ,,
O ter, quaterq́;, o ſepties ,,
Beatus vrbis incola, ,,
Qui te, ac tuorum cominus ,,
Sedem celebrat oſſium. ,,
Cui propter aduolui licet, ,,
Qui fletibus ſpargit locum, ,,
Qui pectus in terram premit, ,,
Qui uota fundit murmure. ,,

Hymno x I. de Hippolito eandem conſuetudinem deſcripſit.

Mane ſalutatum concutitur: omnis adorat ,,
Pubes: eunt, redeunt ſolis adusq; obitũ. ,,
Conglobat in cuneum latios ſimul, ac ,,
peregrinos.
Permiſtim populos, religionis amor, ,,
Oſcula, perſpicuo figẽt impreſſa metallo ,,
Balſama defundunt, fletibus ora rigant. ,,

Ado-

Adorationis varias eſſe cauſas, excellentiam, pęnitentiam, obedientiam; quæ cum ſint multis communes, ſola vltima Romani Pontificis propria extitit, ob quam ipſi pedum oſcula deferuntur. Cap. V.

SED ex his quæ a nobis enumerata ſunt, parum abeſt, quin videatur perſuaſum, hunc cultum non ſolum Pontifici Maximo, ſed etiam omnibus aliis Epiſcopis iure deberi: Quod & a noſtro inſtituto alienum eſt, & experimento contrarium. Quare, vt certius rei veritas conſtet, variæ adorationis cauſæ enumerandę ſunt, quibus animi hominum ad hunc cultum deferendum excitantur. Quas hinc inde maxima Patrum obſeruatione collegimus. Aug. lib. 10. de ciuitate Dei cap. 4. duas recenſet his verbis. Multa de cultu diuino vſurpata ſunt, quæ honoribus deferuntur humanis, ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera: ita tamen quòd quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi, & ſi multum eis additur, adorandi. Quo ex loco S. Thó. ſec. ſec. q. 84. art. 1. & q. 103. art. 1. egregiè deduxit,

duxit, propter ſummam excellentiam, ado rationis cultum præſtantiſſimis quibuſcunque viris exhiberi. Quod multis ſacræ ſcripturæ exemplis illuſtrat. Sed addendum eſt, vt rei veritatem apertius oſtendamus, principum virorum dignitate, atq; præſtantia, homines in ſummam eorum admirationem raptos. Qua de cauſa vix ſibi temperare potuerunt, quin in præſtantiſſimorum virorum pedes ruerent, ut Nabuchdenezeris exemplo confirmari poteſt. Qui, ut ſcriptura apud Danielem cap. 2. teſtatur, in faciem ſuam cecidit Danielem adoraturus, & hoſtias, & incenſum ei oblaturus. Sed quanquàm porphyrius ſacræ ſcripturæ authoritati derogare contendat, cùm ei abſurdum uideatur, a rege ſuperbisſimo adoleſcentulum adorari: Tamen iure optimo, vt ait Hieronymus in eius loci explicatione, ob ſignorum magnitudinem, quaſi mente delapſus rex, ſeruo adoleuit incenſum. Quemadmodum etiam Alexander Macedo, ut ait Ioſephus lib. 11. cap. 8. merito Iaddum qui ſummo ſacerdotio apud Iſraelitas fungebatur, pronus in terram, maxima cum Perſarum principum admiratione veneratus eſt. Recordabatur, ut ipſe Parmenioni retulit, hunc ſacerdotem eo-

Zonaras tomo. 1.

tempore quo exercitū conſcribebat, in ſomnijs viſum, belli in Perſas authorē, & hortatorē extitiſſe: quarè tanquā diuinum quoddam numen, toto tempore vitæ in oculis habuit. Nec abs re: cum ſumma hominum excellentia in noſtris animis admirabilitatem faciat. Quæ cum in edendis miraculis & ſacris dogmatibus explicandis eluceat: ob eas res grauiſſimos & ſanctiſſimos quosq; colimus. Mediæ exemplo, qui ex miraculis Andreæ permotus eius pedibus fixit oſcula. Præterea maiorum præceptis monitisq; paremus, quibus pectus, ut ait ille, quàm maximè ſapit. Qua de cauſa, ait Solomon, ſapientiam quæ in omni populo primatum obtinet, ſuperborum, & ſublimium colla, propria virtute calcare, atq; contundere: cum ſapientiſſimis viris quaſi duce natura obſequamur, & ut naturaliter ſerui, teſte Ariſtotele 1. Politicor. cap. 2. eorum numen demiſsè veneremur. Vnde Anſelmus in caput x1x. Apocalypſis, cum ea uerba (cecidi ad pedes eius) explicaret, uide, ait, quia minorem me intellexi, paratus ad obediendum humiliaui me ei, & uos debetis humiliari doctoribus veſtris, & cap. 22. vt me contemptibilem quātum ad ipſum oſtenderem, ea de cauſa quia diuina

Abdi. as lib. 3.

uina myſteria oſtendebat, cecidi ad pedes eius. Ob quam rem Paulus paternarum traditionum maximus æmulator, ad pedes Gamalielis, quem ſumma ſapientia decorabat, edoctus eſt, ut maximum pręceptori honorem deferret.

Sed vt ad aliud noſtræ diſputationis caput accedamus, Olim multi inter pœnitendum, fidelium pedes ad oſcula referebant, Cum ſtrati pauimento eccleſiæ, impuriſſimi ſceleris pœnas luerent. Id enim de geniculis adorare, ſiue geniculari appellat Tertullianus, in militis corona. Quod factum tam religionis, quàm humilitatis cauſa commendatur. Nam pœnitentes ſummis clamoribus ſpirituales, quibus aditus templi non erat interclusus, fatigabant, ut pro eis Deo pręces ſisterent, rati ita facilius errato ueniam impetrari. Natalis profeſſor, vt ait Ruffinus lib. 5. hiſtorię eccleſiaſticæ cap. vlt. cum deceptus fuiſſet a diſcipulis Theodotii Coriarii, indutus cilicio, cinere conſperſus, ante pedes Zepherini Pontificis proſtratus, & veſtigijs omnium non modo clericorum, ſed etiam laicorum multa cum lamentatione prouolutus, in lachrymas & miſerationes omnem prouocauit eccleſiam: vt indulgentiam ſibi a Chriſto,

Nicephorus pęnitētiæ ritū cap. 18. lib. 12. refert ægregiè.

con-

„ continuis pro ipſo precibus implorarent. Hecerbolius Sophiſta, teſte Nicephoro lib. 10. cap. 25. ob deſertam Chriſti fidem, ſupinus pro foribus eccleſiæ prouolutus, miſtis cum clamore lachrymis, miſerabiliter uociferabatur. Contundite, conculcate me infatuatum ſalem. Ex quo Hecerbolij dicto, Alexandri III. factum, quod tantoperè ut tyranni cum eleuat Franciſcus Duarenus lib. 1. de ſacris eccleſiæ miniſterijs cap. 2. commendari poteſt, cum iure meritoq; in religionis, & eccleſiæ infenſiſſimum hoſtē Federicum Barbaruſſam, nō ut in ſalem infatuatum, quē iubet Chriſtus pedibus proterere, ſed potius vt in horrendam belluam calcibus inſultarit, Heraclius Phocam tyrannum temerè in Imperatorem debacchantem conſpicatus, in eum calcibus inſiluit. Iuſtinianus Rhinotmitus Aſpinarij & Leontij ceruices, ut ait Zonaras tom. 3. in eorum vitis, vniuerſo populo reclamitante, teſte Otthone Phriſingenſe li. 5. cap. 14. ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, obtriuit, atq; contudit. Quod factum ſummis liberum eſt ſacerdotibus, vt ex capite ſuperiori conſtare poterit, cum principum tyrānidem, aut uiolatam fidem, aut Eccleſiæ imminutam dignitatem, aut reges parrici-

dijs

dijs fœdatos vident. Ita enim pontifices vl ciſcuntur eos, qui animos contra Eccleſiam efferunt, & extollunt. Quod poſtulabat Baſilius Imperator haud malus profecto uir, in ſynodo octaua, ut aliis omnibus fieret exemplo. cuius verba cum eius humilitatem, & Eccleſię authoritatem commendent, non pigebit ea ex additione ad octauam ſynodum collecta, in hunc locum tranſcribere. Ita enim in 6. ſectione locutus eſt Imperator. Ego qui imperitus, & inſipiens ſum, bonum initium ero uobis, qui ſapientes eſtis, & ſcientia clari. Ego qui in peccatis volutatus ſum, primus uobis typus fiam, qui mundi eſtis, & virtuti operam datis. Ego primus memet ſuper pauimentum proijcio, purpuram, & diadema parui pendens. Aſcendite ad genas, & per oculos meos incedite, nec reputetis magnum Imperatoris calcare ſcapulas, neq; vereamini tangere verticem, cui imponitur a deo data corona. Sic etiam Henricus 4. cum ob inobedientiam ſedis apoſtolicæ a filio captus fuiſſet, ad eius pedes iacuit, & legato Apoſtolico aduolutus obſecrabat, vt eum communioni eccleſiæ reſtitueret. Ita enim in vita Henrici 4. apud Vitichindum monachum, legimus. Sed inter pœniten-

Ex Laurentio Surio.

dum,

dum, reos criminis laicis ſe ſubmittere, humilitatis cauſa, liberum fuit: Sacerdotum uerò pedibus obuolui, eorumq; iudicium ſubire, vt ait Tertullianus lib. de pœnitentia, omnino neceſſarium. Qua de cauſa D. Bernardus, ſec. 11. ſuper cantica, admonebat pœnitentes, vt ſe humi deiicerent, pedes amplexibus peterent, oſculis placarent, lachrymis irrigarent, ut Magdalenæ exemplo exaudire mererentur, Conſurge, conſurge captiua filia Sion, conſurge excutere de puluere, ſerm. etiam paruo 54. oſculum, inquit, reconciliationis datur ad pedes. Nam cum ſacerdotes exomolegeſim, quam nos pœnitentiam appellamus, peragunt, peccata noſtra verbo remittunt, nos Deo conciliatq;, eorum veſtigijs quàm demiſsè proſternimur. Qui mos primùm in eccleſia Romana viguit; in qua primum pœnitentiarij fuerunt conſtituti: & huius imitatione in omnes Orientis eccleſias, teſte Sozomeno lib. 7. cap. 16. & Nicephoro lib. 12. cap. 28. vt ſanctisſimę diſciplinę conſentaneus tranſlatus eſt. Quare omnes Chriſtiani optimo iure, ſe ad Romani epiſcopi pedes præcipitant, eiq; humi ſtrati occurrunt, cum ab eo cæteri omnes pontifices puniendi delendique peccata authoritatem acceperint:

Quod

Quod ſuperioribus annis Iubilei vſq; adeo compertum eſt, vt nulli hominum, qui gregatim magna animi pietate Romam contendebant, vrbe diſceſſerint: quin pedibus Romani pontificis circunfuſi, lachrymis & lamentabili eiulatu, ab eo benedictionem impetrarent. Quorum vocibus, ita parietes Vaticani perſonabant, vt quandoq; hominum clamores, magna ciuium admiratione Romam vſq; referrentur. Vidi te o beatiſſime Gregori, te inquam uno die duo millia hominũ ad pedum oſcula benigniſſimè admiſiſſe, tanta tui, ò Deo dilectiſſime, pietate, vt pręgaudio vim maximam lachrymarum profunderent.

Tandem obedientia, maximè animos inferiorum excitat, vt non ſolum maioribus parere, eorumq; dignitati inſeruire, verùm etiam hunc de quo loquimur, diligenter cultum adhibere, cogantur. Qui honos nec ætati, nec generi, nec pecunię tribuitur. Sed quantæ vſq; acceſſiones fiunt dignitatis, eò prior, potiorq; habetur. Nec abs re, nam magiſtratus Dei uice coli, obſeruariq; debent, cum ipſius perſonam ſuſtineant. In qua ea omnia admiramur, quæ homines in Deo ſuſpiciunt fœlicitatem, potentiam, iuſtitiam. Illam omnes votis omni-

bus expetunt, potentiam reformidant, iuſtitiam venerantur. Nam teſte Plutarcho, in vita Ariſtidis, honorem & cultum hominibus deferimus propter iuſtitiam, quæ cum ſit omnium domina & regina virtutum, neceſſe eſt vt eum maximè ſuſpiciamus, qui ſocietatem coniunctionis humanæ ſua authoritate, & imperio tuetur. Hybrias Cretenſis apud Atheneum, cum omnia arma enumeraſſet, quibus iniurias ſuis ſocijs impoſitas depellebat; ea de cauſa.

Γάντες γόνυ πεπ]ηῶτες ἐμοὶ κυνέοντι
Δεσπόταν, καὶ βασιλέα μέγαν φωνέοντι

„ Omnes, ait, in genua procumbentes, coram me adorant,
„ Ceu dominum & regem magnum appellant.

Ergo ſtrati terram, magiſtratibus ſummis obedientiæ cauſa inſeruire debemus, quia authoritate diuinitus collata, iure optimo ſibi ſubiectos coercere, & eorũ conatus compeſcere poſſunt. Qua de cauſa præſagit Dauid Pſal. 71. Chriſti pedibus Ætyopes aduoluendos, & hoſtes proſternendos, donec terram lingant; quia futurus erat Chriſtus iuſtis auxilio, pauperibus, & imbecillis robori, & fortitudini: eorumq; iniurias vindicaturus erat, qui ſocietatem humanam

manam violabant. Tu paraſti directiones; *Pſal.*
iudicium, & iuſtitiam in Iacob tu feciſti. *98.*
Ob quam cauſam, exaltate dominum Deũ „
noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius „
quoniam ſanctum eſt. Quare qui iuſtitiam „
maximè tuetur, adorandus eſt, eiusq; pedi- „
bus oſcula imprimenda, cum ſumma omnium polleat dignitate. Quam profecto adſecutus eſt Romanus Pontifex inter omnes Epiſcopos, vt non ſolùm controuerſias in eccleſia Dei exortas dirimat, atq; componat; à diſciplina Eccleſiaſtica alienos epiſcopos ab eorum eccleſijs excludat, & eorum loco alios ſubſtituat (vt monet S. Celeſtinus Papa S. Cyrillo ſcribens.) Sed etiam ad *Tom.*
eum tanquàm ad ſupremum Chriſti magi- *4. epiſt.*
ſtratum, prouocatio fiat. Athanaſij, Ioannis *12.*
Conſtantinopolitani cauſa, apud ſacram Romanam ſedem, ſecundum apoſtolicos Canones, vt ait Greg. lib. 5. epiſt. 24. delata eſt, & à Iulio & Innocẽtio terminata. Nihil „
enim, vt ait Anacletus epiſt. 1. ca. 14. & Da- „
maſus in decreto cap. 9. ab aliis epiſcopis „
damnari, nihil conſtitui, nihil reijci poteſt, „
niſi ſit apoſtolica authoritate fulcitum. „
Quare omnes epiſcopi, ſi aliquam commiſerint culpam, ſedi apoſtolicę parent, ab ipſa coercentur; eiusq; authoritatem pertimeſcunt;

meſcunt, cum vero culpa non exigit (Gregorij verba referam lib.7.epiſt. 64. & 81.) ,, omnes ſecundum rationem humilitatis, æquales dicuntur, omnes fraternitatis coniunctione tenentur. Iſtuc idem Gregorius Nazianzenus, oratione de modeſtia in diſputatione ſeruanda, apoſtolorum confirmauit exemplo. Qui tametſi omnes ſublimes eſſent dignitate, & inter eos Petræ (ita enim loquitur) Eccleſię fuerint fundamenta commiſſa, tamen ut omnia cum decore agerentur, nunc de iſto Petrus quærebat, de illo Philippus, de alio Bartholomeus, nec omnia unus, ſed quiſque ſuo loco ſingulatim. Vult aliquid dicere Philippus, id ſolus non audet, ſed adhibet ſecum Andream: indiget Petrus, Ioannem adit, vbi hic auſterum? ubi imperandi deſiderium? Cum uero Iudas proditor, a diſciplina conſuetudineq; eorum diſcluſus eſt, tunc à Petro, actorum primo, fuit maledictis laceſſitus. Præterea, ut ſedis Romanæ præſtantiam oſtenderet Damaſus, (teſte Nicephoro lib.12.cap.17.) omnes Epiſcopos filios appellauit, cum ſint iure apoſtolicæ dignitati ſubiecti. Sic Epiſcopi Galliarum (vt ait Aimoinius lib. 5.cap.37.) ſeipſos filios, famulos, & diſcipulos Romani pontificis appel-

appellarunt. Qui cum omnium fratrum curam gerat, eique ex munere incumbat, fratres diligere,& in fide confirmare, merito ſub nomine Angeli Philadelphiæ Eccleſiæ à Ioanne in Apocalypſi, deſcribitur, Cui cum ſit ante oculos eius, oſtium omni ex parte patens, atque apertũ, omnibusque hominibus expoſitum, à quo nullum hominum ſubmouetur genus, cumq; ipſe ſolus fidei veritatem, tot oppugnatam calumnijs retinuerit, hæreſes cõuicerit, mendacia Synagogæ Iudęorum, & Sathanæ coarguerit, columna ænea in eccleſia Dei fuerit, qua omnia innituntur: iure optimo effecit Dominus, vt omnes veniant, nõ quidem coacti, ſed ſua ſponte accedant, & adorent ante pedes eius. Hæc ſatis ſit indicaſſe, vt alijs hunc locum expendendum relinquamus.

Nec ſolùm epiſcopi Romano Pontifici parere, ſed etiam Imperatores, & ſummi gentium magiſtratus, eidem obſequiũ, cultum, reuerentiam, & obedientiam deferre debent. Ad quam rem hortabatur Ambroſius, epiſtola ſecunda ad Marcellinam, his verbis, Ego ad te, o Imperator, verba conuertam, quoniam aduertis quam grauiter Dominus nonnullos conuenire ſo-

Manuſcripta cuius fragmẽtum eſt in Milleloqu.

„ leat, vt quò glorioſior factus es, eò amplius
„ authori deferendum noueris. Scriptum
„ eſt enim, cum te induxerit Dominus in ter
„ rã alienã, ne dixeris virtus mea eſt, iuſtitia
„ mea hoc mihi dedit, ſed dominus Deus do
„ nauit, ſed Chriſtus miſericordia ſua contu
„ lit. Et ideo corpus eius, id eſt, eccleſiam di-
„ ligendo, aquam da pedibus eius, oſculare
„ pedes eius, vt non ſolum abſoluas eos, qui
„ in peccatis deprehenſi ſunt, ſed etiam pace
„ tua dones, concordiæ & quieti relaxes.
„ Nec mirum. nam cum omnem poteſtatem
„ Imperator à Pontifice acceperit, oportuit
„ ſanè, vt quibus modis poſſet, ipſi pareret,
„ atque obediret. Henricus IIII. Anno
M L X. teſte Vrſpurgenſi, cum ſe ad Victo-
ris Papæ pedes abieciſſet, quem armis, &
vi contra Gregorium VII. conſtituerat, vt
parere, & obtemperare ſedi apoſtolicæ vi-
deretur, oſculatis pedibus, ei obedientiam
detulit. Quam vocem Germani veteres re-
rum ſcriptores, vt decantatam apud om-
nes vſurpant, & paſſim inculcant. Cum
inde bella grauiſſima inter patrem Henri-
cum IIII. & Henricum filiũ exorta ſint,
„ vt ait Vrſpurgenſis, his verbis, Henricus V.
„ contra patrem rebellans, debitam promit-
„ tit Papæ obedientiam. Qui in conuentu

epiſcopo-

epiſcoporum, habito in villa regia Northu ,,
ſij, IIII. Kal. Iunij, magnam exhibuit ſa- ,,
cerdotibus Dei reuerentiam. Et obortis la ,,
chrymis, regem cœli, cunctamque cœli mi ,,
litiam teſtabatur, ſe nulla regnandi cupi- ,,
ditate, paternum regnum vſurpaſse, neque ,,
dominum, & patrem ſuum à Romano de- ,,
poni imperio exoptaſſe: imò debitam per- ,,
tinaciæ, & inobediētiæ compactionem ex- ,,
hibere: ſique ſancto Petro & eius ſucceſſo- ,,
ribus, lege Chriſtiana ſubijci vellet, aut de- ,,
bitè ſe ſubiecerit obedientiæ iugo, ſe regno ,,
cedere, & ſeruiliter patri ſubeſſe promiſit. ,,
Quam rem cum Henricus IIII. agnouiſ- ,,
ſet, Anno MLXXVI, multis epiſtolis exa- ,,
ratis, appellauit Paſchalium II. eique obe ,,
dientiam pollicitus eſt, & Romā ad Apo- ,,
ſtolicum veniam poſtulaturus acceſſit. ,,
Qui cum pontificem in oppido Canuſino ,,
inueniſſet, per triduum ante portam ca- ,,
ſtri, depoſito regio ornatu, nudis pedibus ,,
perſtitit. Nec prius, cum multo fletu, apo- ,,
ſtolicæ miſerationis auxilium, & conſola- ,,
tionem implorare deſtitit, quam omnium ,,
qui aderant precibus, & lachrymis, laxato ,,
tandem anathematis vinculo, in commu- ,,
nionis gratiam, & ſinum matris eccleſiæ re ,,
ceptus eſt. Hæc Vrſpurgenſis. Vnde con-

ſtat obedićtiam eſſe Romani pontifici deferendam, cum teſte Bernardo Ser. I I I. aduentus, reuerentia ſit animi cultus, obedientia corporis veneratio.

Vnde Anno Domini M. C C X I I I. Fridericus I I. Imperator ſcripſit ad Innocentium I I I. has litteras, quas ex Bibliotheca Vaticana tranſcripſi.

In nomine Sanćtæ & indiuiduæ Trinitatis, amen. Fridericus I I. diuina fauente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Regnum noſtrum tunc ſtabiliri confidimus, cum altiſſimum Deum, de cuius manu, ea quæ poſſidemus bona recepimus, honoramus. tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hoſtias, & deuotionis & operis accingimur, quantum in nobis ipſum miſericordem experimur, cognoſcẽtes gratiam, quæ data eſt nobis ab ipſo, habentesque præ oculis immenſa, & innumera noſtra, chariſſime Domine & Reuerende Pater, protećtor, & benefaćtor noſter, domine Innocenti Dei gratia ſumme Pontifex venerande. per cuius beneficium, operam, & tutelam protećti, pariter & promoti ſumus. Itaque vobis Beatiſſime pater, & omnibus ſucceſſoribus Catholicis Sanćtæ Ro-

manæ

manæ Eccleſiæ ſpirituali matri noſtræ, omnem obedientiam, honorificentiam, & reuerentiam, ſemper humili corde, ac deuoto ſpiritu exhibemus, quam prædeceſſores noſtri Reges, & Imperatores, Catholicis veſtris prædeceſſoribus impendiſſe noſcuntur. Si enim ei qui nos aluit, & educauit in fine, non ſolum noſtra omnia, ſed quod maius eſt, noſmetipſos ipſi debemus, vt ait Paulus ad Philemonem: mirum ne cuiquam erit, ſi Romano Epiſcopo, qui ſuo ſapientiæ ſale omnia condijt, omnes Principes obedientiam deferant? Confidens in obedientia tua, ait Paulus, hæc ſcripſi, ſciens quoniam & ſuper id quod dico facies. Quod planè obedientiæ exemplum, ſi ſibi ante oculos obijcere voluiſſent Principes, nunquam in controuerſiam vocaſſent, hoc tempore, id quod longa annorum ſerie, maiores eorum huic ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ detulerunt, nam eſſet grati animi exemplum, Romano Pontifici, cui plurimum debent, quam plurima velle debere.

Omnibus Epiſcopis ſuo iure conuenire, vt omnes homines ſacras exoſculentur manus, & capita ſubmittant.

Caput VI.

SED vt iam ad angulos noſtræ diſputationis accedamus, ex his ſatis ſuperque patere proterit, olim epiſcoporum pedibus oſcula quandoque infixa fuiſſe, ſtudij humilitatis, miraculorum, vel pœnitentiæ cauſa. Hoc enim inter pœnitendum obſeruatum fuiſſe, ſuperiori capite demonſtrauimus. At vero ſuo iure illud ſolùm ſibi vindicare poſſunt omnes Epiſcopi, vt ipſis tam infimi quique, quàm etiam Reges, atque Tetrarchæ, capita ſubmittant, vel ſacras exoſculentur manus. Quod ex varijs conſtitutionibus, & patrum teſtimonijs confirmari poteſt. Valentinianus Imperator (vt apud Gratianum legimus lxiij. diſt. c. Valentinianus) cum de epiſcopi cuiuſdam electione ageretur, ita locutus eſt ſacerdotibus. Talem
,, in pontificali conſtituite ſedem, cui &
,, nos, qui gubernamus imperium, ſincerè
,, capita ſubmittamus, & cuius monita, dum

tanquam

tanquam homines deliquerimus, neceſſario veluti curantis medicamenta ſuſcipiamus. Idem prorſus obſeruauit Conſtantinus magnus in concilio Niceno, qui ad epiſcoporum Conuentum accedens, vt ait Nicephorus lib. 8. cap. 16. ſubmiſſiori, quã tanta amplitudo Imperatoris ferret, throno parato, non prius ſibi conſidendum putauit, quàm id ab epiſcopis permitteretur, & tandem admonitus, reuerentia eis exhibita, conſedit, & cum eo ſacer ille chorus. Auguſtinus epiſtola cxlvij. ad Proculeianum Donatiſtam, ita habet, Homines quidem, cauſas ſeculares apud nos finire cupiẽtes, quando eis neceſsarij fuerimus, ſic nos ſanctos & Dei ſeruos appellant, vt negotia terræ ſuæ peragant; à quibus quotidie ſubmiſso capite ſalutamur, vt diſsenſiones hominum terminemus, qui capita nobis ſubmittunt, vt eos concordes in terra faciamus. S. Clemens Papa apud Burchardum lib. 1. cap. 124. ita conſtituit, omnes Principes terræ, & cunctos homines, epiſcopis obedire, & capita ſua ſubmittere, eorumque auditores exiſtere debent. Fœlix & Ioannes Papæ (vt legitur apud Gratianum diſt. x. can. iij. & xcvj. can. xij.) epiſcopis caput ſubdere, & colla ſubmittere, princi-

pes

,, pes ſolitos eſse, & non de eorum capitibus
,, iudicare, demonſtrarunt. Symeon etiam
,, Bulgariæ Rex, teſte Zonara in vita Con-
,, ſtantini, Leonis filio, ϗ τῷ Γατριάρχῃ κλί-
,, νας τὴν κεφαλὴν, ηὐλογήθη παρ᾽ ἐκείνου. à Pa
,, triarcha, ſubmiſso capite, fauſtam precatio
nem accepit. Quod quàm ſit rationi con-
ſentaneum, egregiè docet Clemens Roma-
nus lib. 2. cap. xj. xvij. xxviiij. & xxx. vbi
confirmat, epiſcopos Regibus & Principi-
bus ſuperiores euaſiſse. Gregorius Nazian
zenus oratione ad ſubditos timore percul-
ſos, idem cenſet his verbis. (Quæ apud
Gratian. diſt. x. multis partibus immutata
,, leguntur) Lex Chriſti, Imperatores meæ
,, ſubiecit poteſtati, meoque tribunali ſub-
,, miſit: Imperamus enim & ipſi. Addo im-
,, perio maiori & perfectiori. Aut oportet
,, potius vt ſpiritus ſubſit carni? cęleſtiaque
,, terreſtribus? Suſcipe vocem liberiorem.
,, Scio te, o Imperator, ouem eſse mei gre-
,, gis, paſtoris magni agnum, recteque è ſu-
,, peris à ſpiritu directum. Et ideo breuis,
,, & ſuccinctus eſt ad te meus ſermo. Chri-
,, ſti gratia regnas, Chriſti gratia diſpenſas,
,, ab illo tibi datus eſt gladius, non vt eo vta
,, ris, ſed vt eo mineris, & tanquam depoſi-
,, tum, purum tradenti cuſtodias. Et alibi. Sci

mus enim quaſi venari ab Angelis ſacerdotes. Quid? quod Abbatibus non longè minor cultus, eorum ſanctitatis cauſa, delatus eſt. Nam Eudoxa Longos fratres, qui in Ægypto monaſterijs præſidebant, viros, moribus & doctrina clariſſimos, ex imperiali curru proſpiciens illis capite annuit, & ab eis benedictionem poſtulauit. Id eſt, vt bona verba darent. Id enim εὐλογεῖτε ſignificat, fœlicia & fauſta diuino auxilio deprecari. Nam benedictionem quam peregrè profecturi, ab epiſcopo capiebant, εὐχὴν λάβειν, ſiue εὐδοκίαν appellabant; cum nihil aliud ſit bene velle, quã benedicere, vt Theodoretus in illud Pſalmi. {ſcuto bonæ voluntatis tuæ} id eſt, benedictionis tuæ, exiſtimat. Quæ non ſolis vocibus, ſed ſigno crucis, diuina cum præcationis formula exhibebatur. Vnde Burchardus lib. 2. cap. 89. per agros, & domos benedicere poſse ſacerdotes, & nõ alibi, refert. Vt Hilarion Abbas, teſte Aimoinio lib. 2. cap. 10. hanc conſuetudinem ſeruans in agris, tantùm frontes hominum ſigno crucis terebat.

χρυσολογία καὶ εὐλογία. Dulces ſermones & benedictiones nominat Paul. ad Ro. vlti. Niceph. lib. 12. & lib. 13. ca. 16.

Hinc conſtat, inter noſtros, & veteris legis ſacerdotes latiſſimum eſse diſcrimẽ. Cum illi (teſte Philone lib. 3. de vita Moyſi, &

ſi, & libro de profugis) Regibus Iſrael pa-
rerent, noſtri omni temporali poteſtati præ-
ſcribant. Qua de cauſa Ambroſius, vt ex
lib.v. epiſtola xxviij. conſtat, Theodoſium
,, publicam pœnitentiam agere, & (vt legi-
,, tur in tripartita hiſtoria lib.9.cap.30.) de-
,, poſita purpura omniquè regio ornatu, in
,, pauimento iacere, & extra cancellos, cum
,, populo expectare coegit. Innocentius Ro-
manus Pontifex, vt ex eius epiſtola mina-
rum, & terroris plena, perſpicitur apud Ni-
cephorum lib.13.cap.34. Archadium Im-
peratorem à ſacra communione ſubmo-
uit, atque reiecit. Fabianus antiſtes Roma-
nus, vt ait Nicephorus lib.v. cap.xxv. Phi-
lippum Imperatorem ad Chriſti fidem ac-
cedentem, Anno CCXLVII. primùm pœ-
nitentium numero aggregauit, deinde in
conuentum fidelium introduxit. Præte-
rea, Maximus Imperator excommunica-
tus eſt ab Ambroſio, cum Gratianũ ab Im-
perio expuliſſet, vt ait Sigebertus Anno
CCCXC. Anaſtaſius Imperator à Symma-
cho excommunicatus eſt, vt ex Apologia
eiuſdem Pontificis, quæ vnà cum Chroma
tio circunfertur, aperte conſtat.

Nicolaus primus, Lotharium Chriſtia-
norum communione priuauit, vt ait Phri

ſingenſis

ſingenſis lib.vj.cap.iij. tantamque eo tempore eccleſia authoritatem obtinuit, vt etiã Reges ipſos iudicaret. Hinc Gregorius vij. Regem Henricum excommunicauit Anno MLXVI. Rodulphum ſubſtituit. Adhęc Baſilius Macedonius, à Phocio Patriarcha, Leo Philoſophus Imperator, à Nicolao, Ioannes Ziſmica, à Polyeto excommunicati, vt ait Zonaras, eccleſiæ monitis paruerunt. Nec deſunt apud nos religionis, & probationis exempla. Nam Sueno Rex Datiæ, vt ait Saxo hiſtoricus lib.xj. cùm in tẽplo Trinitatis, miſſis ſicarijs, multos interficere imperaſset, ab eius loci epiſcopo non ſolùm ſacris ſummotus, ſed etiam aculeo, ſiue conto paſtoralis, pectori Regis infixo, aditus templi ei prohibitus eſt, atque præcluſus. Donec Rex ſordida indutus veſte, nudis pedibus, terram ſuppliciter oſculatus, miſericordiam impetraret. S.Methodius, fugiens Suatocopij filium Regẽ Morauiæ, eum extra eccleſiam fecit, ſacris, Regnoque interdixit. Quamobrem & Regnũ in eo extinctum eſt, & eius Imperium (vt ait Æneas Syluius in hiſtoria Bohemica, cap. 13.) à Polonis & Hungaris direptum. Tandem in tabulis capituli Valentini, quæ ibi magna diligentia ſeruantur, Martini

Regis

Regis Aragonum publicam pœnitentiam legi. Qui cum immunitatem templi violaſset, ab Vgone cognomento Bagenſi ſanctiſſimo Epiſcopo, diris deuotus eſt: à quo tametſi Rex veniam deprecaretur, nunquàm tamen ei epiſcopus indulſit, donec pœnitentium more, detecto capite, nudis pedibus, in eius gulam laqueum inſeruerit. Quo lugubri habitu, Rex epiſcopi animum maxime commotum inflexit.

Illud tandem demonſtrandum eſt, venerationis cauſa, oſcula manibus epiſcoporum fuiſse impreſsa. Quem ritum S. Paulinus Nolanus in vita Ambroſij, his verbis retulit. „ Ambroſius, cum videret ſacerdotibus à domeſtica matre vel ſorore, „ manus exoſculari, ipſe ludens offerebat „ dextram, dicens & ſibi ab eis fieri oportere, „ ſiquidem epiſcopum ſe futurum eſse „ memoraret. Loquebatur enim in illo ſpiritus „ ſanctus, qui illum ad ſacerdotium nutriebat. „ Et paulo pòſt, Igitur poſt annos „ aliquot ordinationis ſuæ, ad vrbem Romam „ hoc eſt, ad proprium ſolum perrexit: „ ibique ſanctam puellam, de qua ſupra „ memorauimus, cui manum offerre ſolitus „ erat, in domo propria cum germana, „ ſicuti reliquerat, inuenit, iam matre defuncta.

cta. Atque cum illa dexteram illius oſcula ,,
retur, ſubridens ait, ecce, vt dicebam tibi, ,,
ſacerdotis manum oſcularis. Adhæc, Gaïnas ,,
ille immaniſſimus Scytha, qui ex gregario milite, breui dux Romanorum factus, equeſtribus pedeſtribuſque præfuit copijs; Chryſoſtomum, quem Arcadius oratorem miſerat, veneratus eſt. Cui longius, honoris ergò, obuiam progreſsus, eius dextram primum oculis, deinde ori admouit. Tum etiam (vt apud Euſebium ſcolaſticum Troili diſcipulum legimus) liberos ſuos adductos ſacris genibus adhibuit. Sed præter hæc exempla, iſtuc idem apertiſſimo teſtimonio confirmat Ambroſius lib. de dignitate ſacer. cap. 2. *Niceph. lib. 13. c. 6.* *96. diſ. can. 10.*

Honor, ait, ,,
fratres, & ſublimitas epiſcopalis nullis po- ,,
teſt comparationibus adæquari. ſi Regum ,,
fulgoribus compares, & principum diade- ,,
mati, longè erit inferius, quàm ſi plumbo ,,
metallum ad auri fulgorem compares. ,,
Quippe cum videas Regum colla & Prin- ,,
cipum, ſubmitti genibus ſacerdotum, & ,,
exoſculatis eorum dextris, eorum oratio- ,,
nibus credant ſe communiri. Præterea, in Chriſti eccleſia hæc conſuetudo ſeruatur, vt diaconus inter Miſſarum ſolemnia, manus epiſcopo exoſculetur, vt Innoc. III.

lib.2.miſteriorum Miſsæ, cap. 30. teſtatur. Quod planè eſt maximè rationi conſentaneum, vt eas corporis partes venerentur homines, vnde vberrimi ſpiritus ſancti fontes defluxerunt. Nam ex manuum impoſitione, quam Græci χειροτονίαν appellant, (quia dum manus capiti imponuntur, peragitur ſacramentum) initiantur, & conſecrantur homines, vt idonei ad ſacrificandum, & ad miſteria ſacra apti reddantur. Vnde Paulus, tametſi non ab hominibus, neque per homines ſe aſcitum & vocatum referat, tamen ab Apoſtolis act. xiij. initiatus, & ordinatus eſt, vt cum authoritate, teſte Theofilacto, & poteſtate prædicaret.

Romanum Epiſcopum, non ſolum Epiſcopis, ſed etiam omnibus Regibus ſuperiorem eſſe, cum in eos authoritatem exerceat.

Cap. VII.

QVOD ſi epiſcopis oſculum manuum, capitis demiſſio, & alia, ex veterum conſuetudine exhibita ſunt, nonne maiori reuerẽtia Romanum Pontificem, non ſolum ouium paſto-

rem,

rem,ſed etiam paſtorum epiſcopum, vt ait Bernardus ad Eugenium, colere, venerari-que debemus? Extat epiſtola prouinciæ Tarraconenſis ad Hilarium Papam, quam ex Andrea de ſancta Cruce, Romano, in libro manuſcripto de primatu eccleſiæ tranſcripſi, vt ex ea maiorem cultum Pontifici deferendũ colligamus. *In Bibliothe ca S. Mariæ ſup Minerua.*

Epiſcopi prouinciæ Tarraconenſis, Beatiſſimo Papę Hilario.

Et ſi nulla extaret neceſſitas diſcipulatus, expectandum reuera nobis fuerat illud priuilegium ſedis veſtræ, quo ſuſpectis Regni clauibus, poſt reſurrectionem Saluatoris, per totum orbem Beatiſſimi Petri ſingularis prædicatio, miniſterij illuminatione percipitur. Cuius Vicarij principatus, ſicuti eminet, ita metuendus eſt, & ab omnibus eſt amandus: per quem, Dominum in vobis primitus adorantes, cuius ad ſedem requirimus Apoſtolico ore laudatam. Vnde reſponſa quærentes, nihil errorum, nihil præſumptionis, ſed pontificali totum deliberatione percipitur. Et quæ ſequuntur. Qua epiſtola lecta, acclamatio eſt facta Concilij, Romanumque Epiſcopum, poſt Dominum adorandum eſſe, dignumq; doctorem, & illaminatorem appellarunt. *Lecta fuit hęc epiſtola in Synodo ab Hyla. rio Papa celebrata Romæ.*

pellarunt. Hæc ibi. Præterea, Gelaſius
,, Papa Anaſtaſio Imper. ita ſcripſit. Et ſi
,, cunctis generaliter ſacerdotibus, rectè di-
,, uina tractantibus, fidelium conuenit col-
,, la ſubmitti, quanto potius ſedis illius Præ-
,, ſuli conſenſus eſt adhibendus, qui cunctis
,, ſacerdotibus & diuinitas ſumma voluit
,, præminere, & ſubſequens eccleſiæ genera-
,, lis pietas, iugiter celebrauit, vt refert Gre-
,, gor. vij. lib. viij. epiſt. ad Here Matenſem Epiſcopum.

In Vaticana Bibliothe.

Sed id mordicus inficiantur fœdifragi Viterbegenſes in ſua confeſſione, qui, vt omnem eccleſiaſticam diſciplinam abijcerent, omnem authoritatem & principatū Romano Pontifici derogarunt. Quod ea potiſſimum ratione defendunt, quia ſimilem, & æqualem cum alijs omnibus epiſcopis fidem teneat, in qua omnis ſpiritualis poteſtas innititur. Quare graui, & iniquo animo ferunt, eum maximum omniū paſtorem appellari.

Sed delirant impudentiſſimi deſertores, cum omnes patres in hanc noſtram veritatem conſpirarint. Audiant Grego. lib. j.
,, epiſt. 38. vbi Petrum pleno ore nominat
,, primum vniuerſale eccleſiæ membrum,
,, Paulum, Ioannem, & Andream, ſingula-

rium

rium plebium capita. Legant Ambroſ. ,,
Sermone de fide Petri xlvij. & lxxxiiij. Gra ,,
dus ſunt fidei, ait, & qui deuotius credit, ,,
religioſius confitetur. Pro hac deuotione ,,
dicitur Petro, Beatus es Symon, &, ſuper ,,
hanc petram ædificabo eccleſiam. Cum vo ,,
caretur Symon, pro hac deuotione voca- ,,
tus eſt Petrus. Et ſubiungit, Vt qui cum ,,
Chriſto fidei ſocietatem habebat, haberet
& dominici nominis vnitatem. Quam ſen
tentiam à Tertulliano lib.4. aduerſ. Mar-
cio. mutuatus eſt. Chriſtus, ait, ob vigorē ,,
fidei, Petro chariſſimo diſcipulorum, de ,,
figuris ſuis particulare nomen commuta- ,,
uit. Euſebius & Nicephorus de Petro ſimi Lib. 2.
lia verba retulerunt τὸν ἀρετῆς ἕνεκα, καὶ ca. 14.
θερμότητος τὰ πρωτεῖα κατὰ πάντων τῶν ,,
ἀποστόλων ἐσχηκότα θεόθεν Πέτρον. Qua de ,,
re Dionyſius ait, teſte Nicephoro lib. 2. ca-
pit. 22. καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη
τῶν θεολόγων ἀκρότης. Ergo non ex fide ,,
ſola, ſed ex ſummo eiuſdem ardore, & ani- ,,
mi deuotione, ei eccleſiæ fuerunt funda-
menta commiſſa. Sed iſtis hæreticis, deliris
planè ingenijs, parum obfuit animos erro
rum contagine fœdare, niſi etiam fontes
limpidiſſimos ſcriptorum obruerent, vt
inde nihil niſi turbidum, & inquinatum

 haurirent:

haurirent: inter quæ iniuſtam ineptiam, eis codicibus Ruffini, qui ab ipſis apud Baſileam excuſi ſunt, mirari ſoleo: vbi Iacobum Apoſtolorum Epiſcopum, ab Apoſtolis conſtitutum, ne alij principatus ſibi gloriam arrogarent, ediderunt. Sed quis ferre poterit, quis pati hæc malè conſuta mendacia? cum idem Ruffinus lib. 2. cap. 23. & cap. 14. Petrum omnium caput & principem appellârit? Sed ſi græca exemplaria Euſebij Pariſiis ædita, apud Robertum Stephanum, conſuluiſſent, Iacobum fratrem Domini, non quidem Apoſtolũ, ſed epiſcopum Hieroſolymitanum ab ipſis Apoſtolis conſtitutum, legerent, quàm maximè ab eorum ſententia diuerſum.

Ex adnot. Carol. Bonij in cle. Ro. lib de conſtit. Apoſt.

Ergo (vt vnde digreſſi ſumus, noſtra reuertatur oratio) Petrus poſt Chriſtum, primum iactum eſt fundamentum eccleſiæ, vt in eo eiusque propagine, Dei ſtructura conſurgeret. ἐφ' ᾧ . . . . , ait Origenes, οἰκοδομεῖται ἡ χριστοῦ ἐκκλησία, in propria perſona, non in confeſſione eius, fundatam extructamque fuiſſe eccleſiam, vt non ſolùm Petrus totius iuriſdictionis caput, ſed etiam primus, & præcipuus omnium ſacramentorum miniſter exiſteret. Refert Euuodius Petri in Antiochia ſucceſſor,

Nicepho li. 5 c. 16. Cyrillus i c. 1. Ioan.

apud

apud Nicepho.lib.11. cap.111. à Chriſto Deo opt.max. propriis manibus, Petrum tantummodo baptizatum. Qui, Andreã & filios Zebedei, ſacra tinxit aqua, & ij deinceps ſacrum Chriſti Chorum abluerunt. Sed ij qui hanc decantatam ſententiam reſpuunt, ſatis profecto pœnarum dederũt, cum à varijs Patribus, argumentis conuicti, ad horrendos ſcopulos, quaſi mentis fluctibus exagitati, fuerint delati.

Hinc ergo, vt noſtram complectamur ſententiam, ex Petro in Romanos epiſcopos permanauit authoritas: Qua, & imperio permulti abire iuſſi, coactique ſunt, & alijs regium diadema, & poteſtas conceſſa. Regia enim inſignia, quæ *βασιλικὰ σύμβολα*, ſiue *χρήματα καίσαρος* appellantur, purpura, ſceptrum, diadema, & alij regij honores, qui, more maiorum, Imperatoribus competunt, ab ipſis, ſummis ſacerdotibus decernuntur, hac conditione, vt ex eorum ſuffragijs, dentur, vel detrahantur imperia, remoueantur iura, ſi ad quaſdam pactiones reges non accedant, vel ad eas ſeruandas adduci non poſſint. Ita enim Imperium deponere, inſignia abdicare compelluntur. Euphemius Patriarcha, vir ſanctiſſimus, ſacerdotis ſummi locum

tenens,vt ait Euuagrius lib.3.ca.32. quaſi epiſcopi Romani vices gereret (cum prouinciæ orientis, à Romana ſede per epiſcopos,qui eius vicem obtinerent,fuerint gubernatæ, teſte d. Leone epiſtola 84. & Nicolao 1. ad Michaelem Imperatorē) nunquam purpura ornare voluit Anaſtaſium, donec conceptis verbis,religionem tueri, & edito chirographo, fidem catholicā ſeruare compulerit. Quem locum, ne aliquā calumniam patiatur, verbum ex verbo trāſcribendum duxi, vt eo manifeſtiſſimum

Error Pannini. errorem Pannini arguamus. Qui in lib.2. Romanorum Principum,Iuſtinum iuniorem, Anno Domini DLXV. primùm à Ioanne Patriarcha coronatum, & in libro de comitijs,dubius,ſub Iuſtiniano,vel ſaltem poſt eius obitum, hunc morem coronandi, ſeruatum memorat. In vtraque re hæret, cum ſub Anaſtaſio Anno Domini CCCCXVIII. hic mos viguerit. De quo

,, Zonaras in Tomo 3. ait. οὗτος τοίνυν ὁ
,, Πατριάρχης Εὐφήμιος, ἔγγραφον ἰδιόχειρον
,, τοῦ Αναστασίου δεξάμενος, ὡς δέχεται τὰ
,, τῆς ἐκκλησίας δόγματα, καὶ τὰ παρὰ τῆς ἐν χαλ-
,, κηδόνι συνόδου ὁρισθέντα φυλάξει πάντα. στέ-
,, φει αὐτόν, id eſt, hic igitur Patriarcha Eu-
,, phemius, chirographo ab Anaſtaſio acce-

pto,

pro, quo ſe ampleɛti eccleſiæ dogmata, & ,,
Concilij Calcedonẽſis decreta ſeruaturum ,,
eſſe omnia, profitebatur, coronat homi- ,,
nem. Sic Nicephorus Patriarcha, vt idem eſt author, Michaelem Rangabim coronat, accepto prius ab eo ſcripto, quo promitteret, ſe nunquàm eccleſiæ inſtituta violaturum. Sed ſi coniecturis eſt locus, iam pridem à priſcis illis Imperatoribus, ſeruatam hanc concordandi conſuetudinem, conſtat. Nam apud Sicconium Polentorium lib. I. exemplorum ad Modeſtum filium, & Sigebertum in chronico, Anno CCCLXXXI. ita conſcriptum legimus. *Apud me manu ſcriptus.*
Faſcibus Imperialibus exornari, & diadema- ,,
te coronari, à Miletio epiſcopo Antioche- ,,
no, dormiens Theodoſius ſenior vidit, nec ,,
deluſus eſt ſomnio, verum vti viderat per ,,
quietem, vigilans aſſecutus eſt. Nec mirum, cũ ex verbis Ambroſij, quibus Theodoſium, cum ſynagogam conſtruebat, aggreſſus eſt, conſtare poſſit; ipſum ab aliquo ſacerdote diademate decoratum fuiſſe. *Apud Zonaram.*

Ad hæc, Anno CCCCXXIIII. Con- ,,
ſtantino Rege Britonum, Vuortegirnus ,,
conſul Gemuſeorum, Conſtantem mona- ,,
chum in Regem ſublimauit, & vice epi- ,,

ſcopi,

„ ſcopi, vt ait Gemblacenſis, capiti eius dia-
„ dema impoſuit. Quibus inſignijs Reges,
„ cùm & omnibus conſpicui fiunt; tum etiã
ipſis regia perſona imponitur. Vnde Grego
rius vij. Anno MLXXVII. abrogato Hen-
rico IIII. Rodulphum Ducem Burgun-
diæ, Germaniæ Imperatorem declarauit.
Quod vt apertis ſignis teſtaretur, coronã
„ regiam miſit, cui inſculptum erat, Petra
„ dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho.
„ Quamobrem merito Ambroſius epiſto
„ la 33. lib. 5. ex veteri iure, donata à ſacer-
„ dotibus Imperia, non vſurpata teſtatur.
Inde rectè Adrianus, à Græcis ad nos tran-
ſtulit Imperium, Zacharias Anno DCC.
L I. Pipino Francorum Regnum adiudi-
cauit, eumque à ſacramento fidelitatis,
quod Hilderico promiſerat, abſoluit, vt
ait Phriſingenſis lib. 5. cap. 33. Leo III.
Anno DCCCI. Carolo magno conceſſit
Imperatoriam maieſtatem, vt vix impu-
dentiæ notam aufugerit Hermannus Co-
mes Nuenarius (libro de ſedibus veterum
Francorum) cum imperij originem, non
ad Romanum Pontificem reuocet, ſed vir-
Zonaras. tuti Germanorum aſcribat. Ad hæc Pa-
triarcha Conſtantinopolitanus minabatur
Iſaacio Comneno Imperatori, quemadmo

dum

dum illi imperium contuliſſet, ita ſe illi ereptarum. Innocentius IIII. in conuentu Lugdunenſi, Federicum II. abdicauit Imperio: & idem in Regno Portugaliæ Regem idoneum fratrem conſtituit. Quibus exemplis moti (quæ à Gregorio vij. lib. viij. regiſtri epiſtola ad Here Matenſem epiſcopum adducuntur, & etiam in corpore iuris leguntur) eorum os duriſſimum confringere poſſumus, qui ſacroſanctæ Eccleſiæ derogare contendunt. Extat S. Gregorij, lib. 12. epiſtolarum, priuilegium Abbatis Sancti Menardi, vbi ad finem, Pontifex Regibus grauiſſima iactura dignitatis, & Regni turpiſſima amiſſione interdixit, ne quiſquam maiorum Pontificum decreta violare audeat. Turpe profecto eſſet, de tali viro exiſtimare, eum ſibi temerè hanc tantam arrogare poteſtatem, niſi eandem multorum ſæculorum conſenſione firmatam ſciret. Quæ auctoritas ex Apologia Simmachi Papæ, in Anaſtaſium Imperatorem apertè deducitur. Cum liberè audeat affirmare Pontifex, Imperatorem vti non poſſe ſuis priuilegijs, ſi Romani Epiſcopi monita contemnat. Sic etiam Paſchalis II. epiſtola ad Anſelmű, iure priuandum eſſe Imperatorem patri-

Aimoinus li. 3. ca. 2.

monio

monio contendit, ſi matrem eccleſiam pol luat adulterio. Vel ſi id quod nouimus ſacerdotibus ſolis deberi, laica temeritas præſumat. nam ad Romanum Pontificē ſpectat, Regibus, pro peccato commiſſo pœnas imponere (vt ait Innocentius III. lib. II. conſtitutionum Decretalium conſtitutione II. & Pſalmo pœnitentiæ IIII.) Imperatores ſeueriſſimè caſtigare, cum Regnum ſacerdotio ſubiaceat, & vnctio Regalis ob eam cauſam, iam non in capite, ſed in humero fiat.

Imperatores tam Græcos, quàm Latinos, oſcula ſolius Pontificis pedibus impreſſiſſe. Cap. VIII.

QVAS ob res Conſtantinopolitani illi Imperatores, qui fidem, religionemque ſumma animi pietate tuebantur, vnam pedum adorationem indicem ſuæ erga Romanos Pontifices obedientiæ, præ ſe tulerunt. Qua nihil aliud docere velle videbantur, niſi eos Romanis Epiſcopis, multis partibus inferiores extitiſſe. Qui cultus, tantùm abeſt, quod reliquis primatibus & epiſcopis,

 pis,

pis, niſi cùm pœnitentium more venia poſtulabatur, fuerit delatus, vt etiam Conſtantinopolitani Patriarchæ, qui alterum dignitatis gradum in ecclesia tenebant, longè poſthabiti; ad pedes Imperatorum ſedere, eisque demiſsè miniſtrare fuerint coacti. Quod ſanè cum iniquè tuliſſet Romanus Pontifex, vt ex decreto Innocent. III. de maio. & obedient. conſtitu. 128. conſtat, id, multorum Patrum ſuffragijs, & Regum omnium conſenſu, confringendum eſſe demonſtrauit. Nec dubium eſt, omnes Imperatores eandem reuerentiam, ſummis exhibuiſſe ſacerdotibus, niſi noſtrorum temporum iniuria, aut violatæ fuiſſent hiſtoriæ, aut Græci, qui veteres in nos ſimultates exercent, caliginem veritati, reticendo, offudiſſent, aut aliud dicendo, rem compertiſſimam obſcuraſſent. Qua de re Grego. magnus lib. 6. epiſt. 31. Sozomeni hiſtoriam, mendacij nomine ſuſpectam inuiſamque habuit, quia in ea, multa contra eccleſiam Romanã (vt illud Theodoſij Monpſtuæ) & contra patres (nempe S. Epiphanium errorem Antropomorphitarum amplexũ fuiſſe) turpiter mentiatur. Zonaras, cum vir eſſe videatur, malè ſecum veritas conciliat.

ciliat. Nam Tom. 3. dum ait Gregorium in tranſlatione Imperij ad Germanos, ab Imperatore Græco defeciſſe, decipitur. De vtroque Nicephoro, Niceta, & alijs huius farinæ authoribus, malo tacere, quàm in eos ferre ſententiam. Cum in Romanæ eccleſiæ alumnos, hanc ſemper prædonum notam inurant, &, data opera Pontificis Romani authoritatem, quaſi ſcopuloſum, & infeſtum ſibi locum, declinent. Etenim Nicetas Monachus, vt ait Sigebertus Anno M L. contra Romanos Pontifices librum plenum erroris, & ſtultitiæ, de azimo, de Sabbato, & nuptijs ſacerdotum conſcripſit, eiſque mille impoſuit calumnias. Quare ab alijs hæc ita colligenda ſunt, vt vel leuem ſcintillulam, quoniam faces in tantis tenebris præferre non poſſumus, magni ducam.

Anno D X X. Primum Iuſtinus ſenior, Catholicæ veritatis fautor egregius, S. Ioannem Pontificem, à Theodorico Rege miſſum, non ſolum ampliſſimis excepit honoribus, ſed etiam ad eius pedes venerationis cauſa, vt in eius vita legitur, ſe præcipitem dedit. (*In Breuiario Rom. P. V.*) Qua de re Theodoricus malitia ductus, „ quòd eum Iuſtinus catholicæ pietatis de„ fenſor, honorificè ſuſcepiſset, vt ait Paulus

lus Diaconus lib.17. ſimul cum ſocijs, carceris afflictione peremit. Ab hoc tamen Ioanne Pontifice coronatum fuiſse Iuſtinum, refert Aimoinius lib. 2. de geſtis Frãcorum cap. 1.

Præterea Iuſtinianus filius Conſtantini Cæſaris, Conſtantinum Pontificem Romanum ad ſe venire hortatũ, honorificè, vt tanta Pontificis dignitas poſtulat, atque perhumanè ſuſcepit ac remiſit, quem proſtratus in terra, pro ſuis peccatis intercedere rogans, cuncta eius, vt ait P. Diaconus lib.18. eccleſiæ priuilegia renouauit. Martinus Polonus hæc de Iuſtiniano retulit. Conſtantinum Papam, natione Syrum, Iuſtinianus Imperator ad ſe venire Conſtantinopolim fecit, ac ſolemniter ipſum recipiens, & vultum in terram proijciens, vt pro ſuis peccatis Dominum exoraret, poſtulauit. Cuſpinianus, vt etiam ex aduerſarijs veritatem extorqueamus, diligentiſſimus antiquitatis inquiſitor, diligentior tamen ſi paululùm linguam compreſſiſſet, idem factum diffuſius multò explicauit. Hac ferè ſententia, Conſtantinus Pontifex, à Iuſtiniano accerſitus, Conſtantinopolim veniens, exquiſitiſſimis honoribus à Tyberio filio acceptus eſt, & mox Anno DCXCII.

in Nicomediam ad Iuſtinianũ deductus. Qui venerabundus, ſeſe ad Conſtantini pedes demiſit. Blondus lib. x. primæ decadis, Platina, & Sigonius eiſdem fere verbis hæc omnia retulerunt. Proſtratus humi Imperator, pro ſuis peccatis intercedere rogans, eius pedes exoſculatur, & Romanæ eccleſiæ priuilegia renouat. Auguſt. Eugubinus de falſa donatione Conſtantini lib. 2. nume. 66. ex veteribus ſcriptoribus, quos ipſe in copioſiſſima Bibliotheca relegerat, colligit Iuſtinianum, cum Regno in capite, ad Conſtantini Papæ pedes oſculandos corruiſſe. Quis ergo poterit diffiteri, non fuiſſe religiosè ſuauiatum pedes, ob eam dignitatem, quam à Chriſto domino ſuſceperat? vt illa Eſaiæ cap. 49. diuino afflatu fuſa prædictio, fidem veritatemque haberet, & afferent, ait, filios tuos in vlnis, & filias ſuper humeros portabunt, & erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabũt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Nam quorſum hi tanti, & tam formidoloſi alumni? Quorſum tanta in eccleſiam poteſtas introducta? nutricij fouent, in ſinu geſtant, humeris quandoque deferunt infantulos, tum blandiuntur, oſculis

oſculis beneuolentiæ, & pietatis cauſa pe-tunt. Sic Reges, vultu in terram demiſſo adorant eccleſiam, eius pedibus obuoluun-tur, & pedum puluerem proni lingunt.

Sigiſmundus Imperator, qui pro fidei conſociatione, difficillima in Hiſpaniam itinera confecerat, ſatis ſpectatam erga ec-cleſiam fidem atque probitatem oſtendit. Nam in Concilio Conſtantienſi, vt in eius actis legitur, cum omnium acclamatione Martinus V. in Pontificem electus fuiſſet, gaudio ſummo perfuſus, ad ſedem occur-rens, Romanum Pontificem humeris extu lit, atque ſuſtinuit. Miranda eccleſiæ digni-tas, vt ſub eius Imperio, & ditione, poten-tiſſimi quique ceciderint. At vero id ne quicquam Imperatoris expectatione indi-gnum, nihil aut inauditum, aut nouum. Conſtantinus primum demiſsè atque hu-militer aduerſus Pontificem ſe geſſit. Cu-ius perſonam adeò veneratus eſt, vt equũ, in quem Syluester ſublatus erat, freno age-ret, & ſtratoris officio vteretur. Quòd fa-ctum, in falſi ſuſpicione ponendum non eſt, vt ſomniant multi. Quibus ſi aliquid perſuadere debeas, oportet ſanè, vt ſolem præ manibus geſtes, nec aliter poſsunt ab errore dimoueri. Etenim in donationis

F Con-

Conſtantini priuilegio, quæ pagina dicitur, magnæ apud Græcos omnes authoritatis, totum hoc factum laudatur. Quod tamen ego ſoleo inſtare, ex Balſamone Patriarcha in ix. canone tit. 8. c. 1. Adone Viénenſe in Chronico, & Leonis ix. epiſtola, aduerſus præſumptionem Michaelis, cap. 13. abhinc quingentis & quinquaginta annis exarata. Vt durum profecto videatur, in tanta annorum ſerie, omnes qui hanc cauſam defendunt, aberraſse, Pontifices, aut Chriſti ſacerdotes, ſeniliter deliraſse.

Sed hiſce aliud exemplum adiũgamus. Pipinus, vt ait Martinus in Pontificum vitis, & B. Anſelmus epiſcopus Lucenſis lib. 1. collectanearum, Stephano Papæ obuiã factus eius pedibus oſcula impreſſit, vt ait Platina, frenoque Pontificis equum in Regiam egit. Vnde vſque adeò hæc viguit cõſuetudo, vt in alios etiam ſucceſsores, maiorum exemplo, tranſlata ſit. Qua de cauſa Federicus Anno MCL. cum Hadriani III. ſtapedam ſuſtinere noluiſset, Pontificis authoritate, & omnium Cardinalium conſenſione, ab oſculo pacis excluſus eſt. Videbat namque Pontifex, illum ab antiqua conſuetudine defeciſse, qua omnes Imperatores Petri ſucceſsori, vt pediſequi obſe-

quuntur,

quuntur. Quare vltrò citroque exagitata diſputatione, cum hincinde quiſque ſuas partes pro viribus tueretur, tandem, vt ait Cardinalis Nicolaus ab Aragonia in compilatione regiſtri Pontificum, more maiorum, varijs rationibus, atque ſuffragijs impulſus eſt Federicus, vt ſtapedam Pontificis teneret, eique ex equo deſcendēti, demiſſo atque detecto capite, famularetur.

Mox de hac eadem re, præter ſuperiora exempla à nobis allata, extant multa alia, quæ in libro Pontificum à Franciſco Ioanneto Bononienſi, ex Reginone, Lupoldo, Bebemburgio, & alijs authoribus colligũtur. Nam cap. 90. conceptis verbis teſtatur, Pepinum Anno DCCLII. Stephani II. pedes ad oſcula retuliſſe. Tum ca. 93. aſſeuerat, Hadrianum Pontificem, ſæpe eius pedibus oſculatis, à Carolo magno ſalutatum. Paulus Æmilius hiſtoriarum Francorum lib. 2. idem affirmat. Præſtolabatur, inquit, Regem Carolum Hadrianus cum ſacro cętu, pro gradibus ædis S. Petri: Ille vbi in congreſſum venit, prius Pontificis pedes oſculo contigit, quam ſe illi complectendum daret, quod Platina, & Iacobus Vuymphe in epitome rerum Germanicarum cap. 9. teſtantur. Sed idem

de Leone III. hiſtorici memoriæ prodiderunt. Aimoinius, vir grauiſſimus, lib. 4. de geſtis Gallorum, cap. 90. venienti, inquit, Romam Carolo, Leo ad Nomentanum occurrit, quem cum magna veneratione ſuſcepit, & poſt cœnam, eo ibi permanente, ad vrbem præceſſit, ac in craſtinum, in gradibus baſilicæ S. Petri Apoſtoli, cum epiſcopis & vniuerſo Clero conſtitutus, aduenientem, equoq; ne deſcendētem, Deo gratias agendo, ſuſcepit, ac in eccleſiam introduxit. Vbi re diuina peracta, clamidem auguſtalem, & coronam auream ei impoſuit. Et populus vnitè, alta voce ter acclamauit, Carolo auguſto à Deo coronato, magno, & pijſſimo Imperatori Romanorum, vita & victoria. Poſt quas laudes, inquit, ab eodem Pontifice, more antiquorum principum adoratus eſt. Quæ vox {adorare} eo loco, non genibus proſterni, atque humo demitti ſignificat (vt ornatiſſimus vir, ingenio doctrinaque excellenti Benedictus Girgoſius, Legationis potentiſſimi Hiſpaniarum Regis in vrbe Secretarius; cuius vt eſt in literis maximiſque rebus vſus, politum limatumq; iudicium in hoc opuſculum exquiſiui, animaduertit) ſed potius impropriè, ſalutare,

re, nominare aut appellare. Qua ſignificatione pleroſque antiquorum Imperatorum vſos fuiſſe, compertum eſt. Veluti Conſtantinum in lege ij. de fabricen. C. lib. 12. & Zenonem l. ſancimus. C. de conſul. & non ſpargen. pecu. eodem lib. Quod poſt gloſas adnotauit Alberic. & nuper Prateius, qui eodem ſenſu apud Græcos vſurpatum memorat Geneſis 33. cap. Poſt Carolum, ex duobus vetuſtiſſimis pontificalibus (alterum liberalitate Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Cardinalis Delfini, patroni mei bene merentis, & ſingularis, alterum à Michaele Thomaſio, qui publica totius ſacri Senatus lætitia, & vrbis alacritate, ob eius ſumma in eccleſiam merita, Ilerdenſis epiſcopus renunciatus eſt, accommodata) hanc conſuetudinem, longa & continuata Pontificum ſerie obſeruaui. Nam ,,
Anno Domini DCCCXLVII. Leonem ,,
IIII. cum hymnis, & laudibus, ad Latera ,,
nenſe Patriarchicum perduxerunt, moremque ſeruantes antiquum, omnes eius oſculati ſunt pedes. Præterea Anno Christi DCCCCXCV. Ioannes xvj. in eccleſiam Lateranenſem magno cum comitatu introducitur, cuius in veſtibulo, Creſcentius, & omnes ſeditionis authores, petita ,,

Ex Anaſtaſio bibliothecario apud Vaticanum.

 venia,

venia, pedes eius exoſculati ſunt.

Vnde Gregorius vij. hunc ritum inter priuilegia Romani Pontificis enumerat, vt in ſecundo libro regiſtri apud Bibliothecam Vaticanam. ſol. 109. videre eſt.

Dictatus Papæ.

I Quòd Romana Eccleſia à ſolo Deo ſit fundata.

II Quòd ſolus Romanus Pontifex, iure dicatur vniuerſalis.

III Quòd ille ſolus poſſit deponere Epiſcopos, vel reconciliare.

IIII Quòd Legatus eius, omnibus Epiſcopis præſit, in Concilio, etiam inferioris gradus, & aduerſus eos ſententiam depoſitionis dare poſſit.

V Quòd abſentes Papa poſſit deponere.

VI Quòd excommunicatus ab illo, inter cętera, nec in eadem domo debemus manere.

VII Quòd illi ſoli, licet pro temporis neceſſitate, nouas leges condere, nouas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & è contra, diuitem Epiſcopatum diuidere, &

& inopes vnire.

VIII Quòd ſolus poſſit vti Imperialibus inſignijs.

IX Quòd ſolius Papæ pedes, omnes Principes deoſculentur.

X Quòd illius ſolius nomen in eccleſijs recitetur.

XI Quòd hoc vnicum eſt nomē in mundo.

XII Quòd illi liceat Imperatores deponere.

XIII Quòd illi liceat de ſede ad ſedem, neceſſitate cogente, Epiſcopos tranſmutare.

XIIII Quòd de omni eccleſia, quocunque voluerit clericum valeat ordinare.

XV Quòd ab illo ordinatus, alijs, eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & quod ab alio Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere.

XVI Quòd nulla Synodus, abſque præcepto eius, debeat generalis vocari.

XVII Quòd nullum Capitulum, nullus liber canonicus habeatur, abſque illius authoritate.

„ ipſius tenentes, eum vſque ad præparatum Papilionem perduxerunt. Federicus primus, Gregorij IX. reiecto pallio, pedes tenuit. Hinc viguit conſuetudo, quæ etiam nunc in communi vſu ſeruatur, vt in literis ad Pontificem miſsis, omnes pedum oſcula inter ſalutandum conſcribant. Extat exemplum donationis inſularum Anno Domini MCCXIX. in quo Rex Angliç Papam ſalutat his verbis, Beatiſſimo Patri & domino, Honorio, Dei gratia, ſummo Pontifici, Reginaldus Rex Inſularum, commendationem cum oſculo pedum. Ad hæc, Carolus Rex Siciliæ, Anno Domini MCCLXVI. ita ſcripſit. Sanctiſſimo in Chriſto patri, & domino ſuo, domino Clementi diuina prouidentia ſacroſanctæ & vniuerſalis eccleſiæ ſummo Pontifici, Carolus, Dei gratia, Rex Siciliæ cum omni reuerentia & honore, beata pedum oſcula beatorum. Anno MCCCXXIIII. Rex Poloniæ Pontificem his verbis ſalutauit. Sanctiſſimo in Chriſto patri, & domino ſuo Reuerendo, domino Ioanni, Dei prouidentia, ſummo Pontifici, Henricus Dux Heluiæ, hæres regni Poloniæ, Dux Glogoniæ & Peſraniç, cum recommendatis ipſius, pedum oſcula beatorum, & alibi

Anno

Anno MCCCXXVII.ſanctiſſimo domino, ,,
Ioanni, diuina prouidentia ſacroſanctæ ,,
Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo ,,
Pontifici, Vladiſlaus Rex Poloniæ, deuo- ,,
tus filius ad pedum oſcula beatorum. Tandem Rex Angliç Anno MCCCXLIII. Pontificem Romanum vniuerſalem omnium Eccleſiarum paſtorem agnoſcēs, eum ſumma animi demiſſione patrem, ac dominū appellans, illi plurimam ſalutem dixit. San ,,
ctisſimo patri & domino, domino Clemē- ,,
ti, digna Dei prouidentia, ſacroſanctæ Ro ,,
manæ ac vniuerſalis Eccleſiç ſummo Ponti ,,
fici, Eduardus, Dei gratia, Rex Franciç, & ,,
Angliæ, & dominus Hiberniç, deuota pedum oſcula beatorum.

Sed vt noſtrum proſequamur inſtitutum in Concilio Florentino, Imperator Ioannes Paleologus cum ante pedes Pontificis, in genua procumbere voluiſſet, humanitatis cauſa, ab Eugenio prohibitus eſt: Imperatoris tamen clientes, pedes Romani Pontificis oſculis fatigarunt. Quod ſanè Grçci, qui ſemper primas tenere, & inimicitiarum ſuſpitione, authoritati Pontificis derogare voluerunt, nūquàm effeciſſent, niſi id, ius ratumque ex maiorum conſenſu haberetur. Idem etiam præ

ſtitit

ſtitit Sigiſmundus, maiorum exemplo ductus. Qui accepto Imperiali diademate, ad veſtigia Pontificis prouolutus eſt, Vt hæc carmina, ſepulchro Pontificis inciſa, teſtantur,

„ Eugenius iacet hic quartus, cor nobile, cuius
„ Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
„ Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
„ Alter ab occaſu, Cæſar vterque pedes.
„ Alter vt accipiat fidei documenta latinæ,
„ Alter vt aurato cingat honore caput.

Tandem Carolus V. Imperator cum optimis quibuſcunque omnium ſeculorum Principibus comparandus, cum ex omnibus hoſtibus victoriam, triumphum, trophea reportarit, Clementis vij. pedes maxima animi pietate, ſuauiatus eſt, vt iam tandem agnoſci poſſit ad hanc obedientiam Principes omnes, non gratia, prętio, aut promiſſis inductos, ſed ſua ſponte, Romano Pontifici hunc, vt par erat, honorem detuliſſe. Quem tanta animorum alacritate habuerunt, vt quàm primum Romanus Pontifex renunciatus erat, illicò ſuo nomine oratores, vnà cum epiſto-

lis ad eccleſiæ ſummum præſidem ſalutan dum mitterent: quò facilius erga ſanctam ſedem animorum propenſionem, & veteram fidei conſociationem teſtarentur. Quod B. Symmachus in Apologia aduerſus Anaſtaſium, duobus in locis, aſſeuerat in more conſuetudineque maiorum fuiſſe. Catholici, ait, Principes ſemper Apoſtolicos præſules inſtitutos, literis præuenerunt, & illam confeſſionem fidemque præcipuam tanquam boni filij quæſierunt. Et ad finem: Omnes catholici Principes, ſiue cum Imperij gubernacula ſuſceperunt, ſiue cum Apoſtolicæ ſedis nouos agnouerunt Præſules inſtitutos, ad eos protinus ſua ſcripta miſerunt, vt ſe docerent eius eſſe conſortes. Itaque qui hoc non fecerunt, protinus ab ea ſe fatentur alienos. Quis ergo huic Patrum ſuffragijs probatæ ſententiæ obſiſteret, niſi mente lapſus, Chriſti iugum è ceruicibus repuliſſet? Quod ſi his adiungamus ea, quæ in Pontificali, & Ceremoniali Romano tit. de coronatione Imperatoris leguntur, & in glo. l. 1. C. de domeſt. & protect. lib. x i i. quæ à Reſtauro Caſtaldo adducuntur, omne noſtrum munus videbimur expleuiſse. Nec me latet, multa alia apud varios au-

ctores reperiri, quæ ab alijs maioris induſtriæ, & ingenij viris colligi poſsunt. Ego vero, ex multis voluminibus, noctu diuq; verſatis, hoc opuſculum texui, vt alios ad ſimile ſtudium excitarem. Non poſsum tamen diffiteri, me nonnulla reperiſse, iam diù antea à me obſeruata, apud Polydorum Virgilium lib. IIII. cap. XIII. Reuerendiſſimum & doctiſſimum fratrem Chriſtoforum Capitefontium, & Mathiam Brendembachium in Pſalmum LVII. & Aug. Eugubinum de falſa donatione Conſtantini, nume. 28. & 66. Quos homines tanti duco, vt ſępiſſimè hortatores noſtri laboris appellem. Cum eorum veſtigijs innixus, quę ipſi data opera neglexerant, ego in ordinem retulerim.

Iure optimo, à Romano Pontifice Sandalia cruce inſignita geſtari.

Caput IX.

RESTAT tandem vt cum hæreticis vltimam pugnam ineamus, qui crucem illam quam Romani Pontifices pedibus geſtant, ſibilis atque conuicijs conſectantur. Clamant indi-

gnum

gnum facinus à Papa committi, cum Chriſti ſacratiſſimum ſignum, quo frontes electorum ab Angelis teri, & conſignari debent, quod etiam honoris cauſa, nummis inſculpi, in capite deferri ſolet, ipſe è contrariò in ſordido, atque abiecto loco conſtituat: vt potius ad ludibrium, atque deſpectum, quàm ad honorem poſitum eſſe videatur. De qua re opportunè à nobis agendum eſt, quia ex illo adorantium more communi, omniũ ſenſu firmato, hic etiam de cruce deducitur.

Nicepho. li. 7. cap. 46.

Primùm, vt altius ordiamur, calcei mira arte elaborati, atque exculti, in priuatis hominibus, tanquam muliebria ornamenta, culpari, (ita enim Clemens Alexandrinus lib. 1 1. pedagog. cap. xj. interpretãdus eſt) in principibus viris, quibus totius Reipubl. Chriſtianæ authoritas innititur, quàm maximè commẽdari debent. Quod non ſolum maiorum exemplo, ſed etiam grauiſſimorum virorum ratione, atque ſententia compertum eſt. Nam Carolus magnus, teſte Eginhardo, Hadriani & Leonis Pontificum hortatu, calceos auro, gemmisque diſtinctos induit, quos etiam Patriarchæ, vt in animos hominum ſacerdotij dignitatem inducerent, purpureos, at-

que ornatiſſimos geſtarunt. Hæc enim φοινικόχροα πέδιλα erāt Imperij inſignia, vt Zonaras in Michaele Theophilo, & Baſilio Porphyrogenito copioſè deſcripſit. Quare vt maiorem ſacerdotij quàm Regni dignitatem, atque amplitudinem oſtenderent Patriarchæ, teſte Ioāne Curopalate in Iſaacio Comneno, calceos cocco bis tinctos, maximoque ornatu expolitos, detulerunt. Romani vero Pontifices inter alia ornamenta à Conſtantino Magno dono accepta, quibus per longa tempora culti ſunt, Vdones ex lineo candidisſimo acceperunt, οὔδονοις τε τουτ' ἔστι λευκοζάτῃ ὀθόνῃ περὶ τὰ ὑποδήματα χρῆσθαι. Vdones nempe ex candidiſſimo linteo, ad pedes, Hoc eſt, vel lintea calceamenta (quibus Antonius Imperator, teſte Herodiano lib. v. eſt vſus, vt varum eius regionis vbi educatus erat conſuetudinem retineret) vel ad talos vſque demiſsa lintea deferebant. Id tamen compertum eſt, ſandalia Romani Pontificis, aliqua ratione aliquove ornatu, ab alijs omnibus fuiſse diſcreta. Cum B. Antidius, apud Sigebertum, Anno cccc x l. deprehenſo ſandalio, Epiſcopum Romanum ad pœnitentiam agendam induxerit. Sed ſi quis fateatur,

olim

olim linteos calceos in vſu fuiſſe, maiorum etiam ætate abolitam conſuetudinem, fateri neceſſe eſt: & iam pridem ſandalia purpuriſſima, cruce, omnium ornamẽtorum preciosiſſimo, decorari. Cuius rei duplex eſt caput. Alterum, populorum reuerentia, alterum Pontificum perſona.

In primis, Epiſcoporum humilitas, atque demiſſio commendari debet. Qui cum omnes populos ad eorum pedes ruentes agnoſcerent, cruci Christi oſculationem, potiusquàm ſibi ipſis, tantum honorem deferri maluerunt. Etenim Pontifex, Christi ſuſtinet perſonam, eiusque vice omnes ad pedum oſcula excipit. Ergo vt expreſſam Christi imaginem referret, & eius dignitatem in memoriam hominum reuocaret, crucem ſandalijs affixit; vt Christiani homines eos honores, quos debitos & neceſſarios Pontifici dare tenentur, cruce perſpecta; maiori animi pietate facerent; atque exinde populi Christum contrectare, atque oſculis contingere viderentur. Quare religioſiſſimè Pontifex gentes, quas ad ipſum colendum, & adorandum propenſas agnouit, ad crucem Domini, quam ſandalijs impreſſit, traduxit oſculandum. Cum in totius eccleſiæ

G more,

venia, pedes eius exoſculati ſunt.

Vnde Gregorius vij. hunc ritum inter priuilegia Romani Pontificis enumerat, vt in ſecundo libro regiſtri apud Bibliothecam Vaticanam. ſol. 109. videre eſt.

Dictatus Papæ.

I Quòd Romana Eccleſia à ſolo Deo ſit fundata.

II Quòd ſolus Romanus Pontifex, iure dicatur vniuerſalis.

III Quòd ille ſolus poſſit deponere Epiſcopos, vel reconciliare.

IIII Quòd Legatus eius, omnibus Epiſcopis præſit, in Concilio, etiam inferioris gradus, & aduerſus eos ſententiam depoſitionis dare poſſit.

V Quòd abſentes Papa poſſit deponere.

VI Quòd excommunicatus ab illo, inter cętera, nec in eadem domo debemus manere.

VII Quòd illi ſoli, licet pro temporis neceſſitate, nouas leges condere, nouas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & è contra, diuitem Epiſcopatum diuidere, &

& inopes vnire.

VIII Quòd ſolus poſſit vti Imperialibus inſignijs.

IX Quòd ſolius Papæ pedes, omnes Principes deoſculentur.

X Quòd illius ſolius nomen in eccleſijs recitetur.

XI Quòd hoc vnicum eſt nomē in mundo.

XII Quòd illi liceat Imperatores deponere.

XIII Quòd illi liceat de ſede ad ſedem, neceſſitate cogente, Epiſcopos tranſmutare.

XIIII Quòd de omni eccleſia, quocunque voluerit clericum valeat ordinare.

XV Quòd ab illo ordinatus, alijs, eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & quod ab alio Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere.

XVI Quòd nulla Synodus, abſque præcepto eius, debeat generalis vocari.

XVII Quòd nullum Capitulum, nullus liber canonicus habeatur, abſque illius authoritate.

XVIII Quòd ſententia illius à nullo debeat retractari, & ipſe omnium ſolus retractare poſſit.

XIX Quòd à nemine ipſe iudicari debeat.

XX Quòd nullus audeat condemnare apoſtolicam ſedem appellantem.

XXI Quòd maiores cauſæ cuiuſcunque eccleſiæ ad eam referri debeant.

XXII Quòd Romana eccleſia nunquam errauit, nec in perpetuum, ſcriptura teſtante, errabit.

XXIII Quòd Romanus Pontifex, ſi canonicè fuerit ordinatus, meritis B. Petri, indubitanter efficitur ſanctus, teſtante S. Ermodio Papienſi epiſcopo, & multis ſanctis Patribus fauentibus, ſicuti in decretis B. Symmachi Papæ continetur.

XXIIII Quòd illius præcepto, & licentia ſubiectos liceat accuſare.

XXV Quòd abſque Synodali conuentu poſſit Epiſcopos deponere, & reconciliare.

XXVI Quòd Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ eccleſiæ.

XXVII Quòd à fidelitate, iniquorum ſubiectos

biectos poſſit abſoluere.

Quæ omnia in noſtris commētarijs, quæq; propediem vrgemus, exponuntur.

Poſt Gregorium vij. alijs etiam Pontificibus hæc obedientia delata eſt. Nam Anni Domini MCXX. certatim ſe omnes populi ad Caliſti ij. veſtigia proſternebant. Honorio II. Anno MCXXV. omnes Cardinales eius pedibus prouoluti, obedientiam præſtiterunt. Eugenius III. qui omnia conſilio, atque ſententia beatiſſimi Bernardi gubernabat, Anno MCLXV. Vrbem ingreſſus, poſt pedum oſcula, omnes ſuauiabatur. Alexandri tertij Rex Angliȩ, apud Dolenſe monaſterium, ad pedum oſcula acceſsit. Et Rex Franciæ, Pariſijs occurrit, & ſtratoris officio vſus, oſcula pedibus impresſit. Ambo etiam Reges, pietate ſumma impulſi, Pontifici maximum honorem detulerunt, vt Robertus Abbas in additionibus Sigeberti, Anno MCLXIII. teſtatur his verbis. „Ludouicus Rex Francorum, & Henricus Rex Anglorum, ſuper „Ligerim, apud Tociacum conuenientes, „Alexandrum Papam Romanum honore „congruo ſuſceperunt, & vſi officio ſtratoris, pedites, dextra leuaque frenum equi „ipſius

„ ipſius tenentes, eum vſque ad præpara-
„ tum Papilionem perduxerunt. Federicus primus, Gregorij IX. reiecto pallio, pedes tenuit. Hinc viguit conſuetudo, quæ etiam nunc in communi vſu ſeruatur, vt in literis ad Pontificem miſsis, omnes pedum oſcula inter ſalutandum conſcribant. Extat exemplum donationis inſularum Anno Domini MCCXIX. in quo Rex Angliæ Papam ſalutat his verbis; Beatiſſimo Patri & domino, Honorio, Dei gratia, ſummo Pontifici, Reginaldus Rex Inſularum, commendationem cum oſculo pedum. Ad hæc, Carolus Rex Siciliæ, Anno Domini MCCLXVI. ita ſcripſit. Sanctiſſimo in Christo patri, & domino ſuo, domino Clementi diuina prouidentia ſacro-
„ ſanctæ & vniuerſalis eccleſiæ ſummo Pon-
„ tifici, Carolus, Dei gratia, Rex Siciliæ cum
„ omni reuerentia & honore, beata pedum
„ oſcula beatorum. Anno MCCCXXIIII.
„ Rex Poloniæ Pontificem his verbis ſaluta-
„ uit. Sanctiſſimo in Chriſto patri, & domi-
„ no ſuo Reuerendo, domino Ioanni, Dei
„ prouidentia, ſummo Pontifici, Henricus
„ Dux Heluiæ, hæres regni Poloniæ, Dux
„ Glogoniæ & Peſraniæ, cum recommenda-
„ tis ipſius, pedum oſcula beatorum, & alibi

Anno

Anno MCCCXXVII. ſanctiſſimo domino, ,,
Ioanni, diuina prouidentia ſacroſanctæ ,,
Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo ,,
Pontifici, Vladiſlaus Rex Poloniæ, deuo- ,,
tus filius ad pedum oſcula beatorum. Tan
dem Rex Anglię Anno MCCCXLIII. Pon
tificem Romanum vniuerſalem omnium
Eccleſiarum paſtorem agnoſcēs, eum ſum- ,,
ma animi demiſſione patrem, ac dominū ,,
appellans, illi plurimam ſalutem dixit. San ,,
ctiſſimo patri & domino, domino Clemē- ,,
ti, digna Dei prouidentia, ſacroſanctæ Ro ,,
manæ ac vniuerſalis Eccleſię ſummo Ponti ,,
fici, Eduardus, Dei gratia, Rex Francię, & ,,
Angliæ, & dominus Hibernię, deuota pe-
dum oſcula beatorum.

Sed vt noſtrum proſequamur inſtitutum in Concilio Florentino, Imperator Ioannes Paleologus cum ante pedes Pontificis, in genua procumbere voluiſſet, humanitatis cauſa, ab Eugenio prohibitus eſt: Imperatoris tamen clientes, pedes Romani Pontificis oſculis fatigarunt. Quod ſanè Gręci, qui ſemper primas tenere, & inimicitiarum ſuſpitione, authoritati Pontificis derogare voluerunt, nūquàm effeciſſent, niſi id, ius ratumque ex maiorum conſenſu haberetur. Idem etiam præ

ſtitit

ſtitit Sigiſmundus, maiorum exemplo ductus. Qui accepto Imperiali diademate, ad veſtigia Pontificis prouolutus eſt, Vt hæc carmina, ſepulchro Pontificis inciſa, teſtantur,

,, Eugenius iacet hic quartus, cor nobile, cuius
,, Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
,, Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
,, Alter ab occaſu, Cæſar vterque pedes.
,, Alter vt accipiat fidei documenta latinæ,
,, Alter vt aurato cingat honore caput.

Tandem Carolus V. Imperator cum optimis quibuſcunque omnium ſeculorum Principibus comparandus, cum ex omnibus hoſtibus victoriam, triumphum, trophea reportarit, Clementis vij. pedes maxima animi pietate, ſuauiatus eſt, vt iam tandem agnoſci poſſit ad hanc obedientiam Principes omnes, non gratia, pretio, aut promiſſis inductos, ſed ſua ſponte, Romano Pontifici hunc, vt par erat, honorem detuliſſe. Quem tanta animorum alacritate habuerunt, vt quàm primum Romanus Pontifex renunciatus erat, illicò ſuo nomine oratores, vnà cum epiſto-

lis ad eccleſiæ ſummum præſidem ſalutandum mitterent: quò facilius erga ſanctam ſedem animorum propenſionem, & veram fidei conſociationem teſtarentur. Quod B. Symmachus in Apologia aduerſus Anaſtaſium, duobus in locis, aſſeuerat in more conſuetudineque maiorum fuiſſe. Catholici, ait, Principes ſemper Apoſtolicos præſules inſtitutos, literis præuenerunt, & illam confeſſionem fidemque præcipuam tanquam boni filij quæſierunt. Et ad finem: Omnes catholici Principes, ſiue cum Imperij gubernacula ſuſceperunt, ſiue cum Apoſtolicæ ſedis nouos agnouerunt Præſules inſtitutos, ad eos protinus ſua ſcripta miſerunt, vt ſe docerent eius eſſe conſortes. Itaque qui hoc non fecerunt, protinus ab ea ſe fatentur alienos. Quis ergo huic Patrum ſuffragijs probatæ ſententiæ obſiſteret, niſi mente lapſus, Chriſti iugum è ceruicibus repuliſſet? Quod ſi his adiungamus ea, quæ in Pontificali, & Ceremoniali Romano tit. de coronatione Imperatoris leguntur, & in glo. l. 1. C. de domeſt. & protect. lib. x I I. quæ à Reſtauro Caſtaldo adducuntur, omne noſtrum munus videbimur expleuiſſe. Nec me latet, multa alia apud varios au-

ſtores reperiri, quæ ab alijs maioris induſtriæ, & ingenij viris colligi poſsunt. Ego vero, ex multis voluminibus, noctu diuq; verſatis, hoc opuſculum texui, vt alios ad ſimile ſtudium excitarem. Non poſsum tamen diffiteri, me nonnulla reperiſse, iam diù antea à me obſeruata, apud Polydorum Virgilium lib. IIII. cap. XIII. Reuerendiſſimum & doctiſſimum fratrem Chriſtoforum Capitefontium, & Mathiam Brendembachium in Pſalmum LVII. & Aug. Eugubinum de falſa donatione Conſtantini, nume. 28. & 66. Quos homines tanti duco, vt ſępiſſimè hortatores noſtri laboris appellem. Cum eorum veſtigijs innixus, quę ipſi data opera neglexerant, ego in ordinem retulerim.

Iure optimo, à Romano Pontifice Sandalia cruce inſignita geſtari.
Caput IX.

RESTAT tandem vt cum hæreticis vltimam pugnam ineamus, qui crucem illam quam Romani Pontifices pedibus geſtant, ſibilis atque conuicijs conſectantur. Clamant indignum

gnum facinus à Papa committi, cum Chriſti ſacratiſſimum ſignum, quo frontes electorum ab Angelis teri, & conſignari debent, quod etiam honoris cauſa, nummis inſculpi, in capite deferri ſolet, ipſe è contrariò in ſordido, atque abiecto loco conſtituat: vt potius ad ludibrium, atque deſpectum, quàm ad honorem poſitum eſſe videatur. De qua re opportunè à nobis agendum eſt, quia ex illo adorantium more communi, omniū ſenſu firmato, hic etiam de cruce deducitur. *Nicepho. li. 7. cap. 46.*

Primùm, vt altius ordiamur, calcei mira arte elaborati, atque exculti, in priuatis hominibus, tanquam muliebria ornamenta, culpari, (ita enim Clemens Alexandrinus lib. II. pedagog. cap. xj. interpretãdus eſt) in principibus viris, quibus totius Reipubl. Chriſtianæ authoritas innititur, quàm maximè commẽdari debent. Quod non ſolum maiorum exemplo, ſed etiam grauiſſimorum virorum ratione, atque ſententia compertum eſt. Nam Carolus magnus, teſte Eginhardo, Hadriani & Leonis Pontificum hortatu, calceos auro, gemmiſque diſtinctos induit, quos etiam Patriarchæ, vt in animos hominum ſacerdotij dignitatem inducerent, purpureos, at-

que ornatiſſimos geſtarunt. Hæc enim φοινικόχροα πεδίλα erãt Imperij inſignia, vt Zonaras in Michaele Theophilo, & Baſilio Porphyrogenito copioſè deſcripſit. Quare vt maiorem ſacerdotij quàm Regni dignitatem, atque amplitudinem oſtenderent Patriarchæ, teſte Ioãne Curopalate in Iſaacio Comneno, calceos cocco bis tinctos, maximoque ornatu expolitos, detulerunt. Romani vero Pontifices inter alia ornamenta à Conſtantino Magno dono accepta, quibus per longa tempora culti ſunt, Vdones ex lineo candidisſimo acceperunt; οὐδόνοις τὲ τουτ᾽ ἔστι λευκοζάτῃ ὀθόνῃ περὶ τὰ ὑποδήματα χρῆσθαι. Vdones nempe ex candidiſſimo linteo, ad pedes, Hoc eſt, vel lintea calceamenta (quibus Antonius Imperator, teſte Herodiano lib. v. eſt vſus, vt vatum eius regionis vbi educatus erat conſuetudinem retineret) vel ad talos vſque demiſſa lintea deferebant. Id tamen compertum eſt, ſandalia Romani Pontificis, aliqua ratione aliquove ornatu, ab alijs omnibus fuiſſe diſcreta. Cum B. Antidius, apud Sigebertum, Anno CCCCXI. deprehenſo ſandalio, Epiſcopum Romanum ad pœnitentiam agendam induxerit. Sed ſi quis fateatur,

olim

olim linteos calceos in vſu fuiſſe, maiorum etiam ætate abolitam conſuetudinem, fateri neceſſe eſt: & iam pridem ſandalia purpuriſſima, cruce, omnium ornamétorum precioſiſſimo, decorari. Cuius rei duplex eſt caput, Alterum, populorum reuerentia, alterum Pontificum perſona.

In primis, Epiſcoporum humilitas, atque demiſſio commendari debet. Qui cum omnes populos ad eorum pedes ruentes agnoſcerent, cruci Chriſti oſculatio-nem, potiusquàm ſibi ipſis, tantum honorem deferri maluerunt. Etenim Pontifex, Chriſti ſuſtinet perſonam, eiusque vice omnes ad pedum oſcula excipit. Ergo vt expreſſam Chriſti imaginem referret, & eius dignitatem in memoriam hominum reuocaret, crucem ſandalijs affixit; vt Chriſtiani homines eos honores, quos debitos & neceſſarios Pontifici dare tenentur, cruce perſpecta; maiori animi pietate facerent; atque exinde populi Chriſtum contrectare, atque oſculis contingere viderentur. Quare religioſiſſimè Pontifex gentes, quas ad ipſum colendum, & adorandum propenſas agnouit, ad crucem Domini, quam ſandalijs impreſſit, traduxit oſculandum. Cum in totius eccleſiæ

Caro-lus Magnus in epiſt. de ritibus eccleſiæ.

more, teſte Nicephoro lib. 17. cap. 15. poſitum ſit, vt crucem venerationis cauſa, oſculis petamus. Cuius rei Aurelius Prudentius in Apotheoſi eſt locupletiſſimus teſtis:

——— iam purpura ſupplex
„ Sternitur æneadæ victoris ad atria Chriſti,
„ Vexillumq́ue crucis ſummus dominator, adorat.

Et libro primo contra Symmachum, ex totius Senatorij ordinis auctoritate crucem adoratam memorat.

„ Complexus pedes victoris, ad inclita flendo,
„ Procubuit vexilla iacens, tunc ille Senatus
„ Militiæ vltricis titulum, Chriſtiq́ue verendum
„ Nomen adorauit, quod collucebat in armis.

Sed ex altero capite, Romani Pontifices apoſtolici muneris expreſſam imaginem retulerunt. Cum de ipſis Apoſtolis Salomon cap. vij. dicat, Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis? à quibus id habent homines, ne incompoſito fluxu, aut molli greſſu, aut myrmicinis paſſibus,

bus, vt ait Plautus, ſed cum decore maximo incedant. Eſaias cap. 52. pulchros, ſiue ſpecioſos pedes euangelizãtium pacem appellat. Quia externis quibuſdam rebus, apoſtolici viri gratiam muneris, & animi pietatem conciliare, ſplendorem & dignitatem obtinere debebant. Tertullianus libro de habitu mulierum, id pulchrum appellat, quod auro, gemmis, & veſtibus deputatur; ornatum vero in habitudine partium corporis, quæ oculos trahunt, conſtituit. Quare Apoſtolici viri, vt muneris maieſtatem, & pedum decorem oſtenderent, crucem calceamentis affixerunt, vt non ab externis rebus aliquid aucupari, ſed ex ipſomet munere, & dignitate gratiam, & pulchritudinem colligere videantur.

Præterea, omnium Chriſtianorum fronti, & pectori crux Chriſti infigitur, ne fidẽ erubeſcant, ſed eam in animo, & ore habeant, Pontificis maximi pedibus eſt impreſſa, vt greſſus noſtros in viam pacis duceret, atque muniret. Qui cum totius gregis Chriſtiani ductor, atque præceptor ſit, oportebat ſanè ne pedes aliquo adliderent, neve errore aliquo deuios traheret, ne temerè ipſe dux omnium, lapſus in gra-

uiſſimos errores, populum Chriſti preci-
pitem ageret. Quare vt hoc ſacrum priui-
legium ſibi à cruce Chriſti donatum oſten-
deret, pedes ſuos Chriſti cruce fulciuit, ne
ipſe qui nobis viam monſtrat, & nos qui
eius veſtigia ſequimur, aliquam aberratio-
Pſalm. nem haberemus. Pedes enim ſanctorum,
65. vt cecinit Anna, ſeruantur à Domino, nec
ſunt in commotionem pedes eorum. Quę
locum Angelomius monachus, qui Anno
DCCCX. floruit (ſtromate in librum pri-
mum Regum, cap. 11.) de apoſtolicis & ſa
pientiſſimis viris intelligit. Quos Domi-
nus inter ſcandala perſecutionum ſeruat,
vt omnes ad eorum pedes tutò poſſint ac-
cedere. Iuxta illud Deuteronomij. Qui
appropinquat pedibus eius, accipit de do-
ctrina eius. In quibus omnia impedimen-
ta terrenarum cogitationum, expelli Do-
minus præcipit, cum puluerem pedũ excu
tere imperauit, ne prædicationis muneri
impedimento eſſent. Ne vlla hæreticæ pra
uitatis fęce fœdati ad prauum laberentur
opus. Vnde (apud Ezechiel. cap. 1.) pe-
des ſanctorum, pedes recti dicuntur, quia
in fluctibus huius mundi ſeruantur à Do-
mino. Quæ omnia cum à paſſione Chri-
ſti habeant firmitatem, non abs re Pontifi-
ces,

ces, vt hanc miſticam intelligentiam ſignificare viderentur, crucem pedibus impreſſerunt.

Qui mos vſque adeo verus & firmus eſt habitus: vt nuſquàm Pontificem Romanum depictum, aut marmore expreſſum, aut ære ductum videas, quin etiam præter infulam, & ſacerdotij ornamenta, crucem pedibus appictam cernas. Extant monumenta, abhinc multis annis, in baſilica Laterana & Laurentiana venerandæ profecto vetuſtatis, in quibus hic ritus conſtantiſſimè exprimitur. Certius tamen ſepulchra Pontificum, apud S. Petrum, priſcam memoriam tuerentur, niſi fabrorum imperitia fuiſſent ſolo æquata, vt ne veſtigium, dolendum quidem, ex tanta ſtructura remanſerit.

Vnde facilè conſtat, hæreticos, dæmonis candidatos, in ſummo errore verſari, cum hanc calumniam Romano Pontifici temerè inurant. Nam ſi olim (vt ait Cyrillus in Iulianum Tom. iij.) veſtibulis domorum cruces appingebantur, quandoque etiam cœlitus miſſæ, in veſtibus militum affixæ, impreſſæque fuerunt. (vt Gregorius Nazianzenus oratione ij. in Iulianum eſt author) eccleſia etiam, vt morituris opem

 ferat,

ferat, ſacro ſigno crucis, pedes terit; Quod ergo dedecus, quod probrum Romanus Pontifex admittit, quam turpitudinis notam, quem pietatis neglectum, ſi ſandalijs, Chriſti ſacratiſſimum ſignum inducat? Quod ſanè non ſolum Pontifici in memoriam redigit, quàm primum pedes ſuos cruce decoratos inſpiciet, vanas terrenasque cogitationes, exemplo Chriſti, eſse dimittendas, & futiles animi paſſiones (quæ pedum nomine apud ſacram Scripturam exprimuntur) eſse cruci affigendas; verùm etiam omnia cruci, in qua Dominus noſter acerbiſſimos pertulit cruciatus, & ampliſſimum egit triumphum, eſse proſternenda. Idque nuſquam alibi æquè ac modo verius experimur, cum omnes ad Pontificis pedes ruant, & ad crucem oſculandam, communi voto, præcipites ferantur. Quæ rationes ſatis per ſe virium habent apud catholicos, qui pietate, atque religione ad hanc veritatem amplectendam inducuntur; hæreticis, qui obſtinatè dant operam, vt ſe mille errorum generibus inuoluant, nihil mirum ſi neglectui ſint. Nā & Deus huius ſeculi, pater tenebrarum, eorum mentes excęcauit, vt ait Paulus, ne ipſis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti fulgeret,

2. ad Cor. 4.

fulgeret, & ſeipſi terrenis cogitationibus inhiantes, veluti incurui ceruicia animalia, prona, & ventri obedientia confinxerunt, ne ſublime quidquam poſſint conſpicere. Teſte Dauid. Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. *Pſalm. 68.* Quia (vt ait Cyrillus lib.ij. in Ioannem, cap.33.) inclinati hæretici propter neſaria ſcelera, & ſola terrena reſpicientes, iure, patrocinio Dei, ab eis ablato, ſublimia Chriſti eiuſque ſponſæ dogmata, ſpeculari non poſſunt.

Rationibus hæreticorum fit ſatis. Caput X.

QVARE vt noſtrum penſum abſoluamus, eorum argumenta diluenda ſunt, quibus miſeræ plebeculæ perſuadere contendunt, vniuerſalem eccleſiam, à Romano Pontifice, maximam in hac re tyrannidem pertuliſſe. Primum Cornelius centurio prohibitus eſt ne Petrum adoraret; Ioannes in Apocalypſi, cap.19.& 22. impeditus, ne ſe ad Angeli pedes demitteret, quia eius erat cõſeruus. Ergo & Romanus Pontifex cum

ſe ſeruorum ſeruum appellet, pati non debuit, vt ipſi hunc adorationis cultum deferrent. Id tamen argumentum vna litura deletur à Gregorio magno, epiſt. 24. lib. primi regiſtri, his verbis. „ Rurſum cum me „ ad conſiderandum confero, qualis in hu„ militate, qualiſque rector debeat in diſtri„ ctione, perpendo quoniam neceſſe eſt, vt „ bene agentibus ſit per humilitatem ſocius, „ & contra derelinquentium vitia per zelum „ iuſtitiæ erectus; quatenus & bonis in nul„ lo ſe præferat, & cum prauorum culpa exi„ git, prioratus ſui poteſtatem agnoſcant. „ Vt & honore ſuſpenſo, æqualem ſe ſubdi„ tis bene viuentibus deputet, & contra per„ uerſorum culpas, zelo iuſtitiæ excreſcat. „ Hinc eſt namque quod Petrus, authore „ Deo, ſanctæ eccleſiæ principatum tenens, „ à bene agente Cornelio ſeſe ei humiliter „ proſternente, immoderatius honorari re„ cuſauit, ſeque illi ſimilem recognouit, di„ cens, Surge ne feceris, & ego homo ſum. „ Sed cum Ananiæ & Saphyræ culpam re„ perit, mox quanta potentia ſuper cæteros „ excreuiſſe oſtendit. Verbo namque eo„ rum vitam perculit, quam ſpiritu perſcru„ tante deprehendit. Et ſummum ſe intra „ eccleſiam contra peccata recoluit, quod

honore ſibi vehementer impenſo, coram ,, bene agentibus fratribus non agnouit. ,, Hinc communionem æqualitatis meruit ,, ſanctitas actionis; illinc zelus vltionis vim ,, aperuit poteſtatis. Hinc eſt quod Paulus ,, bene agentibus fratribus prælatum ſe eſſe ,, neſciebat, ſed cum culpa, quæ corrigi de- ,, buiſset, inuenitur, illico magiſtrum ſe eſ- ,, ſe recoluit. Et alia multa huic inſtituto conſentanea adduxit Gregorius. Qua de cauſa ſummus Pontifex viros ſanctitate conſpicuos ſæpe humilitatis cauſa prohibuit, ne humi procumberent, aut pedes oſculis contingerent, vt effecit Gregorius magnus, vt in prato ſpirituali; & etiam de B. Nilo Abbate apud Gab. Barrium Francicanum de antiquitate Calabriæ lib. v. & in vita B. Anſelmi Cantuarienſis lib. 2. legimus. Angelus vero non permiſit Ioannem ad pedes ſuos iacere, quia cum tali forma appareret, vt pro Deo poſset adorari, teſte S. Auguſtino Tom. iiij. ſuper Geneſim, q. lxj. corrigendus erat adorator. Latria enim ſoli Deo debetur, quam cum deferre Ioannes voluiſset, obſtitit Angelus, nec permiſit illum tam graue erratum committere. Idem cenſet B. Remigius Remenſis in commentarijs huius loci nondum editis. Quo-

rum copiam, in ciuitate Senarum, apud Bibliothecam canonicorum habui, quibus ſubſcripſit S. Tho. 2.2.q.84. & Cęlius Pannonius lib. collectaneorũ in Apocalypſim.

De eleuatione.

Cur Romanus Pontifex humeris deferatur.

Non eſt alienum ab ijs quæ diximus, vt de leuatione Pontificis diſſeramus. Nam veteres ſcriptores, vt aliquem in Regem, vel Imperatorem electum ſignificent, leuatum dicunt, ita Claudianum loquutum arbitror.

„ Sed mox cum ſolita miles te voce leuaſſet.

Fuit vero id moris, non Barbararum tantùm gentiúm, ſed ipſorum quoque Romanorum, vt quem Imperatorem facerent, cum in altum tollerent. Ammianus Marcellinus lib. xx. de Iuliano à Gallicanis militibus renunciato: Impoſitusque, ait, ſcuto pedeſtri, & ſublatus eminens, populo ſilente, auguſtus renunciatus, iubebatur diadema proferre. Zonaras Tom. iij. in Iuſtiniano καὶ ἐπὶ ἀσπίδος αὐτὸν μετάρσιον ἄραντες ἀναγεύουσιν βασιλέα. Cornelius Tacitus lib. xx. Impoſitusque ſcuto, more gentis,

tis, & ſuſtinentium humeris, vibratus, dux eligitur. De Gothis Caſſiodorus lib. x. var. for. Iudicamus parentes noſtros Gothos, inter procinctuales gladios, more maiorum, ſcuto ſuppoſito, regalem nobis contuliſse præſtante Deo, dignitatem, ut honorem arma darent, cui opinionem bella pepererant. Ado Viennen. de Clotharij filijs loquens ſcribit, Sigebertum contra Chilpericum fratrem profectum, à Francis, more gentis, clipeo impoſitum, Regem eſse conſtitutum. Capitolinus in Gordianis, ſic habet, Properè ventum eſt ad oppidum Tyſdrum, inuentusque ſenex venerabilis iacens in lectulo, qui circunfuſus purpura, humi ſe abiecit, ac detrectans eleuatus, & Imperatorem ſe appellari paſsus eſt. Herodianus lib. vij. Erat puer quidam infans, ex Gordiani filia natus, nomen aui referẽs. Hunc ſubmiſſis quibuſdam, afferri ad ſe iuſserunt, qui cum domi eum ludibundum offendiſsent, impoſitum in humeros, per mediam ferebant multitudinem, plebi oſtentantes, ac nepotulum Gordiani dictitantes, vocantesque eum nominatim, populo acclamante, & conſpergente puerum frondibus. Qui mos etiam in eccleſiam tranſlatus, maximè viguit. Primum Enno-

dius diaconus in v. Synodo, geſtatoriam ſellam apoſtolicæ confeſſionis appellat fuiſſe. Quam, vt arbitror, lecticarij homines humeris ſuſtinebant. Hinc Stephanus 11. Papa, vt refert Platina & Fräciſcus Ioannetus cap. 90. humeris in baſilicam Saluatoris Conſtantianam, & inde ad Lateranam delatus eſt.

Leo etiam, cum ſummus & vniuerſalis Papa Romanæ eccleſiæ, tertio fuiſſet acclamatus, adnuente Othone Imperatore, ad Lateranenſe palatium, ſecundum conſuetudinem, cum laudibus ducitur, & certo tempore (vt ait Luithprandus lib. 6. cap. 11.) in eccleſia Sancti Petri, ad ſummum ſacerdotium, facta conſecratione, attollitur. Gregorius ix. geminis, & auro circumtectus, ad Lateranum ducitur. Quod, præter Eſaiæ cap. 50. prophetiam, a nobis copioſe cap. 8. explicatã, ideo fieri arbitror, vt populum ouesque Chriſti ſibi creditas circunſpicere poſſit, eiſq; fauſta precatione benedicere; & populus rurſum, illũ ſublimi loco præſidentẽ, commodè ſpectare, & ex vultu ſuum paſtorem quiret agnoſcere: Vt inde proteſtationem fidei concipiat maximã, quoties aſpicit Chriſti vicariũ & Petri in eo throno gloriæ ſucceſſorem.

DE CORONATIONE Romani Pontificis.

AVREAM Coronam, omnes Principes, vt Imperij maieſtatem oſtenderent, honoris cauſa, capite detulerunt. Primum Dauid, qui centeſimo anno ante Homerum & omnes veteres Scriptores regnauit, Coronam auream, vt lib. ij. Reg. cap. xij. legimus, talenti pondere, gemmis præcioſiſſimis illumi- natam, ex vrbe Ammonitarum, quam bello ſubegerat, geſtandam ſibi ſumpſit. Cyaxares Medorum Rex, filiam pulcherrimã ad Cyrum miſit, cum aurea Corona, quam capiti impoſuit, & totam Medicam prouinciam pro dote dicauit. Romani inter triũphandum auream Coronam deferebant, vt Gellius eſt author. Sed id abſurdum videretur, cum hiſtorici omnes, lauro redimitos memorent, niſi vos ab hac dubitatione Tertullianus eximeret. Triumphi, inquit, ,, laurea folijs ſtruitur, aduerſis lamniſcis, ,, inauratur ſamulis. Plinius lib. xxj. cap. iij. ,, lamniſcatas Coronas ſiue radiatas, folijs ,, aureis, & argenteis cõſtructas fuiſſe. Zonaras *Zonaras Tomo 1.*

ras Tom. ij. triumphi pompam deſcribens, duas Coronas inter triumphandum geſtari memorat. Lauream quam victoribus imponebant, auream alteram, gemmis interpollatam, quam publicus miniſter, qui in eodem curru vehebatur, ſupra caput Imperatoris tenebat. Perſarum Reges tiaram rectam ferebant, quam τίαραν νικητήριον appellat Zonaras. Apud quos lex erat (vt ait Dion. Chryſoſtomus oratione 1. de libertate & ſeruitute) vt capitalis eſſet is, qui eam ſibi capiti imponeret.

Præterea, gentium ſacerdotes, coronas capite geſtabant, ut decus illud tenerent, quod ad ſacerdotij præſidium maximè ſpectaret. Veteres admirati ſunt ſacerdotem Comanorum in Ponto, cui, vt à Strabone literis proditum eſt, maximus ſecundum regem honos habebatur, & regium diadema geſtare licebat. In Emeſa vrbe Phęnicię Deo ſacri viri, qui ſacerdotio fungebātur, tunicas ītextas manicatas ad talos vſq; demiſſas induebant, & in capite coronā precioſorum lapidū variegatis coloribus fulgentem, honoris cauſa habebant. Quem ornatum Antoninus Cæſar, qui ex Solis ſacerdote, militis turba, Imperator Romanorum electus eſt, inter ferias grauesque

cauſas

cauſas retinuit, vt Herodianus lib. v. teſta- ,,
tur his verbis, Antoninus Cæſar ex Syria ,,
profectus Nicomediæ hyemauit, & ſtatim ,,
cultum patrij numinis celebrare cœpit. Pur ,,
pura auroque redimitus, coronas ſuſtinẽs ,,
ad tiaræ modum, auro, lapillisque præcio- ,,
ſis inſignitas, forma habitus inter Phœni ,,
cum ſtolam & Medorum amictum. Poſtea
Conſtantinoppolitani Imperatores, inter
triumphandum, hoc ornamẽti genus vſur
pabant, ut in vita Baſilii Porphyrogeniti le
gimus: Κατήγαγε θρίαμβον κάρα ταινιωθεὶς ,,
ὀρθίᾳ, ἣν τούφαν καλεῖ. & quæ ſequuntur, id- ,,
eſt, triumphum duxit tiara recta, quam illi ,,
tuphum appellant, à ſuperbia quam in ani ,,
mo eorum excitat. ,,

Sed noſtri maximi ſacerdotes, cum du-
plicem perſonam ſuſtineãt, duplici etiam,
dignitatis cauſa, corona ornantur, vt Inno- ,,
centius III. Ser. 3. de coronatione Pontifi- ,,
cis, confirmauit his verbis, Eccleſia ſponſa ,,
non nupſit vacua, ſed dotem mihi tribuit ,,
abſque præcio præcioſam, ſpiritualium ple ,,
nitudinem, & latitudinem temporalium ,,
magnitudinem, & multitudinem vtrorun- ,,
que. In ſignum ſpiritualium contulit mihi ,,
mitram, (loquitur enim de ſe ipſo Innocẽ- ,,
tius Papa) in ſignum temporalium, dedit ,,

" mihi coronam, mittam pro ſacerdotio, co-
" ronam pro regno, illius me conſtituens in
" uicarium, qui habet in veſtimento, & fœ-
" more ſuo ſcriptum, Rex regum & domi-
Apoca. nus dominantium. De mitra hoc loco agẽ-
19. " dum non eſt, cum omnium conſenſione,
" hoc ornamenti genus Aaronis exemplo,
ſummis ſacerdotibus conueniat. De regia corona eſt aliqua dubitatio, quam pro uiribus diſſoluere contendam. Omnes communi ſententia exiſtimant, hoc ornamenti
" genus, à Conſtantino magno originem du-
" xiſſe, vt ex pagina, ſiue ex actibus B. Sylue-
" ſtri colligitur. Quam ſententiam omnes
" pontifices amplectuntur, vt D. Leo ix. epi-
" ſtola aduerſus præſumptionem Michaelis cap. 13. & D. Innocentius tertius ſer. 1. de B. Sylueſtro, confirmat his verbis. Conſtan
" tinus ſecedens Byzantium, coronam capi-
" tis ſui, voluit B. Sylueſtro cõferre, ſed ipſe,
" pro reuerentia clericalis coronæ, vel utili-
" tatis cauſa, noluit eam portare. Verunta-
" men pro diademate regio, vtitur aurifrigio
" circulari & paulo pòſt, Romanus itaque
" Pontifex in ſignum Imperij, vtitur regno,
" & in ſignum Pontificij, vtitur mitra, ſed
" mitra ſemper, & vbique vtitur, quia Pon-
" tificalis authoritas, eſt prior, & dignior, &

diffuſior

diffuſior quàm imperialis, quia ſacerdotiū præceſſit regnum, & Aaron Saulem anteceſſit, Noe Nemroth. De ſacerdotibus uero ſcriptura loquēs, eos deos appellat. Propter quos, omnes ſuis principibus debere eſſe ſubiectos, docet Petrus, Subditi, inqt, eſtote, omni creaturæ humanæ propter deum, quaſi propter ſacerdotium hęc ſubiectio debeatur.

Primùm coronam, ſiue diadema, quæ ſola cingebat tempora (cuius Plutarchus in uita magni Pompeii meminit, & in ueruſtiſſimis numiſmatibus cernimus) reiecit Pontifex, ob reuerentiam clericalis coronæ. Cum dedecus uideretur, raſo capiti diadema imponere, vel apertum, & quaſi decaluatum caput uitta purpurea cingere. Quare Phrygium circulare, id eſt, illud ornamentum ex Phœnicia, vel ex Phrygia vſurpatum, (amborum enim idem erat ornatus, quia Phryges a Phœnicibus originē duxerunt, vt Herodianus lib. v. eſt author) S. Syluester capiti intulit. Quod ex auro confectum, circularique forma præditum idem cum tiara recta eſt, vt ex ueruſtiſſimis marmoribus, quæ apud S. Petrum extant, facilè agnoſcere, & ex profanis hiſtorijs, in initio noſtræ diſputationis allatis, collige-

re poſſumus.

Alii authores non ad Conſtantinum, ſed ad Clodoueum, originem reuocant, ut ex Sigeberto Anno domini DL. colligere
„ contendunt. Clodoueus rex, ait Sigebertus
„ ab Anaſtaſio imperatore codicillos de con
„ ſulatu, & coronam auream cum gemmis,
„ & tunicam blacteam accepit, & ex ea die
„ conſul, & auguſtus appellatus eſt. Ipſe ve
„ ro rex miſit Romam. S. Petro, coronam au
„ ream cum gemmis, quæ regnum appellari ſolet. Aimoinius lib. primo cap. XXIIII. idem prorſus affirmat. Et Anaſtaſius bibliothecarius, ſub Hormiſda Pōtifice, multa dona B. Petrū accepiſse teſtatur. Apud quem Conſtantinum ſecundum, pontificē maximum, Anno DCCLXVII. in ſancto Petro coronatum legi, & Philippum primum papam, eodem anno conſecrationē, & coronationem accepiſse. Sed ueteres ſcriptores, conſecrationis nomine coronationem intelligunt. Nam multi Carolum magnum in imperatorem conſecratum referunt, cum reuera conſtet, eum populi applauſu coronatum fuiſse. Quare ſub ea uoce, etiam coronationis ritum amplectuntur. Inde facile colligi poterit coronationē pontificis, a priſcis temporibus originem

duxiſse.

duxiſſe. Cum anno DCLXXXIII. ſub Agathone primo, & Benedicto II. fuerit abrogata conſuetudo, qua pecuniam pro conſecratione Pontificis dare, vel aſſenſum conſecrandi & coronandi ab imperatore expectari oportebat. Eugenius ſecundus Anno DCCCXXIIII. vndecimo Kal. iunii coronatus eſt. Benedicto III. Anno DCCCLV. corona impoſita. Formoſus primus, papali corona, Anno DCCCXCI. inſignitus. Et tãdem poſt Clementem II. Anno. MXLIIII. authore Panuino, omnes pontifices coronationis inſignia acceperunt. Vt inde veriſſime ab Iſaia cap. LXI. vaticinatione prædictum agnoſcamus, ſacerdotes veſtimentis ſalutis indutos, & quaſi ſponſos corona decoratos fuiſſe. Quem locum apertiſſime Aquila tranſtulit, ἱερατευμένος στεφάνῳ, id eſt, eum eſſe conſtitutum ſacerdotem, qui in ea ſacra dignitate coronam capite deferret. Et in Apocalypſi cap. 14. filius hominis corona aurea inſignitus, nube innixus apparuit. & capit. XIX. verbum Dei equo albo in ſidẽs, & multis diadematibus (quibus ſe, ſuoſque coronaret) decoratus uiſus eſt à Iohanne. ea quidem de cauſſa (vt ait Anſelmus) quia ob ſummam ſapiẽtiam, quæ per aurum exprimitur, uictoriã

de omnibus reportauit, & ſuo fidei imperio ſubegit. Sic etiam Pontifex maximus, qui ſuo ſapientiæ ſale omnia condiit (vt Bernardinus Miades ornatiſſimus, & Religioſiſſimus Eccleſiæ valétinæ canonicus in doctiſſimis, & nunquam ſatis pro eruditione laudatis de ſale commentariis explicauit) gentes, populos, tribus, & nationes ſua authoritate ſubiecit, & Chriſti functus poteſtate uicit, atque ſubiugauit. Qua de re merito coronam capiti aptauit Pótifex, vt ſe aliis gloria, authoritate, rébus geſtis ſuperiorem oſtenderet.

Poſt omnes Pótifices noſtro ſeculo Paulus ſecundus, qui maxime ornamenta pontificia excoluit, Regnum gemmis, auroque diſtinctum mirum in modum decorauit. Sed vt meo munere defunctus videar, Cæſar Coſta (libro primo variarum ambiguitatum cap. 1.) ſolum huius rei veritatem quaſi per tranſennam aſpexit. Nam neque triplex corona à tribus illis, quas ipſe exiſtimauit cauſſis, duxit originem, neque ad tituli miſticam ſignificationem reuocari debet id, quod planè ex ueteribus ſcriptoribus perſpicuum eſt. ſed hæc alibi diligenter exponemus.

ADDITIONES.

Caput IX.

Poſtea uerba, eccleſia vt morituris opem ferat, ſacro ſigno crucis pedes terit. continẽter adde.

Beſtiarum etiam corpora male affecta, crucis forma ſignantur, (vt ait Chryſoſtomus in demoſtratione aduerſus gentes, quod Chriſtus ſit homo) quod ergo dedecus illi ſequitur. in eodẽ capite vbi ait, Quę rationes. incipiatur linea à capite.

Caput X.

Poſt ea verba & in vita B. Anſelmi Cantuarienſis, lib. 2. legimus continenter. adde hoc, quod eſt maxime neceſſarium, & à capite lineæ inchoandum.

QVod planè eccleſiaſticam veterem diſciplinã à nobis multis in locis copioſe demonſtratam, minime euertit: cum perfecti viri, non ſemper ad pedes, ſed quádoq; ad Chriſti caput acceſſerint. vt B. Cyrillus

rillus Alexandrinus lib.primo in leuiticũ, his ferè uerbis edocuit ex tribus fœminis quæ Chriſtum cõtigerunt, triplex eccleſiæ ſtatus deducitur, nam quæ fimbriam ueſti menti tremebũda tetigerat, incipientium quæ pedes oſculata, perficiẽtiũ; quæ caput Chriſti vnguẽto perunxerat perfectorum ſtatum expreſſit. & fortaſse non abſurde Cardinalium conſuetudo, multis ab hinc annis conſtantiſſime ſeruata, ex hoc ſanctiſſimi patris teſtimonio defendi poteſt. Qui poſt vnam vel alteram pedum oſculationem, quam pontifici Maximo in eius electione deferunt, mox deinde, optimo iure, ſolum manus, vel os inter miſsarum ſolennia, cum ad ea celebranda coeunt, oſculantur, & quidẽ merito. eſt enim in ijs ampliſſimis eccleſiæ ſenatoribus, perfectorũ ſtatus poſitus, atq; defixus, fides noſtra ſtabilita, & totius eccleſiæ orbis in nixus: teſte Anna libro primo Regum capi.2. domini ſunt Cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. ne igitur abſonum videretur, eos in quibus pontificale oſtium, cœleſtisq. ianua obuoluitur, ſupplicum more ſemper humi proſterni, atq; humiliationem pedum (vt de cathecuminis ſcribit Auguſtinus in ſymbolo) deferre: merito, relicta pedum

oſculatione, Pontifici Romano, caput demittere, inclinare ceruices, corpus reuerentiæ cauſſa, inflectere, atq; in curuare voluerunt. vt illud Iob cap. 9. oraculum haberet firmitatem, ſub quo curuātur qui portant orbem.

Angelus vero q̄ ſequunt a capite lineæ.

A D D I T I O.

De eleuatione.

Vbi ait, qui mos etiam in eccleſiam trāſlatus maxime viguit. adde continenter. à capite lineæ.

Primum Ammianus Marcellinus infeſtus noſtræ religionis hoſtis lib. XXVII. S. Damaſi Pont. Max. electionem deſcribens, ideo tantam in dei eccleſia excitatam fuiſſe controuerſiam exiſtimat, quia pōtifices Romani, dignitatis cauſa, curru deferrentur per urbem, & principum more, ſplendidiſſimis & exquiſitiſſimis epulis vterētur. quem locum, ut multa alia, Amplisſimo Cardinali Sirleto ſtudioſorum omnium fautori & Mœcenati, acceptum refero. Adhæc Ennodius (ſequitur.)

AD

ADDITIONES.

De Coronatione.

Vbi ait ſupra caput Imperatoris tenebat. (continenter adiunge) vt iuuenalis ſatyra. x. cecinit.

Tantum orbem, quanto ceruix non ſufficit vlla? quippe tenet ſudans, hanc publicus, & ſibi conſul ne placeat, curru ſeruus portatur eodem, ſed perſarũ Reges & quæ ſequuntur.

Ibidem vbi ait. Vita purpurea cingere. Quare phrygium circulare. (continenter lege) id eſt phrygia tiara vt Iuuenalis ſatyra. vj.

———& phrygia veſtitur bucca tiara.

Vel illum capitis ornamentum ex phœnicia vel ex phrygia (& quæ ſequuntur.)

FINIS.